Ph 7552

LJS BIBLIOTHECA SCHOENBERGENSIS
190
SCHOENBERG DATABASE OF MANUSCRIPTS LJS

6

Cum juxta Tullii nihil sit dulcius Otio Litterato in Lib. 4. b.
infinitate rerum atq: naturæ, et in hoc ipso Mundo
Cœlum, Terram, Maria cognoscimus, atq: Animorum in-
genioramq: naturali quoddam quasi pabulum con-
sideratio contemplatioq: Naturæ mirum n' est q'
Græci cum omnibus Litteralis studiis quam max: flo-
rerent recensioresq: præcipue Physicam præ cæteris
sapientiæ partibus excoluerint, eamq: Scientiam
quasi naturæ Theoretica habere consueverint.
Pulchevrima itaq: nec n' et judicia cæteriq: an-
tiquiora Philos: parte evolvendam, quantum An-
gustiæ temporis patiendum nobis proponemus, atq:
agredimur.

Physica ea dicitur facultas, quæ uti ipso nomine sa-
tis apparet circa naturam, aut res naturales,
aut corpora naturalia, horumq: proprietates
occupatur. Idq: nominis a Græco vocab: φύσις -
q' Lat' redditum Natura significat sortita est.
Quia vero a prima, quam ex origine obtinuit
significatione, naturæ vocabulum ad plura, et
quidem inter se omnino diversa translatum est;
ad omne, quæ subovirii posse ambiguitatem
removenda en varias hujusce vocis acceptiones.
Imo naturæ nomine causa rerum omnium

universalis sup

Sto rerum essentiq significatur uti Circuli, Trianguli. Quo etiam sensu Fides docet in tribus Personis Divinis unam esse Naturam.

Sto Usurpatur pro universate rerum creatarum.

Sto designantur Causæ quatenus juxta prescriptas a summo Conditore Leges agunt.

Sto in Animalibus precipue accipitur pro temperamento.

Sto exibetur etiam Indoles, sive Principium propensionis ad virtutes, ad vitia, ad artes, ad exercitia, Vel id consistat in dispositione Corporis, vel in oppinionibus, qb. est mens imbuta.

Quidq hac de re sit, rerum omnium universitate, quæ sub sensus cadunt, naturæ nomine ipsi intelligere hoc loco malumus. Sta ut Physicus munus sit tradere Leges, quas in rerum crea: lanxivit Deus, quomodo Univ.ly hisce regatur Legibus, quomodo hoc Mundo servetur ordo quib: omnia peragantur.

Omnes sibus motus, mutationes, et actiones Corporum, quæ sensibus deprehen.ur Phenomena vo-

vocantur; ita Phenomenon situs est constans sidere aliqua constellatione componentia Ordo. Phenomenon motus est quotidianus solis ortus, et occasus. Phenomenon Mutationis sunt varie species, quas Luna induit, dum modo pleno Orbe fulget, modo media sui parte, modo eminentibus dumtaxat Cornibus.

Quemadmodum autem intima experientia ea est quam duce de Essentia, et Attributis Spiritum pauca sane, aliqua tamen nosse datum est; ita in Physicis experientia externa manuducere perpetuo nos debet in detegendis naturæ arcanis.

Experimentum dicitur effectus, quem gignunt Corpora quoties a nobis unum horum alterius applicatur. Cavendum ne cum Observatione confundatur; Hujus enim nomine veniunt effectus omnes naturales, qui nobis sese offerunt, quin ullam in iis producendis operam corcemus, Licet plerumq: ad vite instituendas observationes instrumenta adhibeantur.

Sunt qui rationi omnia nihil experimentis; et contra qui plerumq: ipse rationi nihil deferant. Utrorumq: consilium satis Laudabile; plerumq: enim Causæ horum, quæ in Natura contingunt delitescere perstant, donec experimentorum Luce

collustrentur. Solis vero experimentis confidere periculosum. Non raro enim hæc imponunt cordatis etiam viris.

Hinc facile colligi potest nos nihil aliud principij loco esse assumpturos, q experimentis non constet, aut rationibus invictis nequeat confirmari: hac proinde a methodo philosophandi Char. quæ hypotesibus vel max. delectatur, et a Schola, quæ occultis qualitatibus, atq: Entitatibus propemodum innumeris ignota quadam via corporum vires perpetuo explicant, esse quam longissime recessuros. Quod si nonnullæ quandoq: a nobis afferentur hypotheses, id solum dubitanter fiet, atq: de hearum potius veritate disputetur, quam ut ipsas naturæ phenomena explicetur.

Quandoquidem sæpissime contingit experimentis confirmandas esse Prop. operæ pretium foret attingere ea quæ tradunt in experiendo versatissimi Viri circa modum instituendi observationes, et capiendorum experimentorum: verum temporis angustia id prestare proibemur. Qui illa desiderat, oratione perregat Let: Moschenbruechi de Methodo instituendi experim. habita An: 1730, et physices Elementa

Triplex physices status. Primus initium ducit ab ortu Mundi et desinit in annum 1500 ante Christum natum. Alter in seculum a Christo nato 14; Tertius a seculo 14 ad hoc in quo versamur 18 perseverat. Physices origo Græcis accepta refertur ab omnibus fere me Criticis, qui sub initium acceptas a Barbaris veritates Phabulis velarunt, sed nova progressu temporis moliri cœperunt Sept.. Inter cæteros eminet Thales Miletius, Plato, et Aristoteles.

Secunda Phys. ætate occupat magna ex parte Scholasticorum Turba, qui ad Libetum Aris. Dogmata interpretantes Philos.mo Iudeæ verterunt. Scholasticorum nomine veniunt qui seculo XII mercede conducti Philos.mo publice tradiderunt.

Galileus Florentinus omnium primus in examinandis Corporibus, usus est principiis a peritiori Geom.; et universa Mathesi petitis. Eadem circa tempora plurima res Astronomicam, studio et opera Keplerii profluxit. Hosce secuti sunt Gassendus, Charthesius, Mariotte, Rohaultius, Malebranchius, et Leibnitius, singuli prælaris Operibus editis clarissimi, in hoc uno deprehensione digni, quod a vestigiis Galilei aberraverint in philosophando, ac nimium ingenio indulserint. Horum autem

omnia conatus superavit Isac Newtonus Anglus, qui experimentorum observationum sublimiori Geometriæ subsidio veram math.e constitutionem, et miros corporum effectus felicissime detexit. Plures accensentur inter ejus aspectas viri doctissimi Sgravesande, Gregory, Clark, Keill, Muschenbruechius.

Physices objectum esse investigationem Legum naturæ numeravimus; ut id clarius intelligatur, petenda altius res est. Quid sint sub.e prorsus ignorant hom.es Plures math.e prop.es ipsi norunt sed cui inerant subjecto, eos latet. Nam quæ ajunt nonnulli prop.es substantiæ ipsa constituere subst.m ita ut quæ subsistere seorsim nequeunt, simul juncta substituant, quis intelligat Corporis proprietates a priori detegi nequeunt; ideo Corpus ipsum examinandum est, et perpendendæ Prop.es instituto examine variæ detegentur Leges Generales, quæ minime possunt ex propri.s deduci, quæ Corpus constituunt: ut Corpus motum in motu perseverare: Corpus quiescens motui resistere, dum motum acquirit. Hæ Leges, quia ubique et semper obtinet pro generalib. habentur naturæ Legibus. Religum est Ergo ut de harum Legum investigatione dicamus, ac tres Ego Leges

a Newtono prof: majori quo fieri potest studio observan=
das demonstretur.

Prima est. Rerum naturalium causæ nisi aliæ admittendæ sunt, quam quæ, et veræ sint, et rearum phenomenis explicandis sufficiant. Contra hanc regulam primo ii omnes peccant, qui singulos gravitatis aeris effectus in orrorum quæ naturam habere adstruunt a vacuo refundunt. Secundo peccant Rationalistæ gravitate repetentes a vorticoso æthere motu. Tertio qui majorem causarum numerum afferunt, ac ad effectum explicandum requiritur. Sic peccat, qui ad fontium explicandam originem, et Maris aquam occultos Terræ meatos penetrantem, et pluvias, nivesque solutas usurpant. Satis enim sunt vel pluviales aquæ vel Maris ipsa aquas.

Regula secda: Effectuum naturalium ejusdem generis eadem sunt causæ. Hæc præcedentis Corol: est; si namque causis superfluis ni luxuriat natura, effectum ejusdem generis easdem esse causas necesse profecto est. Sic qui respirationis causam in homine reperiit, in bestiis quoque invenisse, dicendus est, qui causam descensus gravium in Europa, eamdem in America, in Africa.

Tertia. Qualitates Corporum quæ intendi et remitti nequeunt, quæque Corporib: omnib: competunt in quib: experimenta instituere licet pro universis Corporum qualitatib:

habendæ sunt. Hujus Regulæ sensu, quia paulo obscuior est, paucis illustrare juvavit. Affectiones Corp.ᵒʳᵘᵐ in duas distribuuntur partes. Prior est horum, quæ non omnium, sed aliquorum sunt Corporum; uti perlucidias in vitro, aqua: et peculiares appellantur. altera est horum, quæ omnium æque sunt Corporum, uti figura, solidita, divisibilitas: et universales dicuntur. Hæ dividuntur in essentiales, et accidentales. Primi generis dicuntur, sine quibus concipi non potest Corpus; uti extensio, figura, divisibilitas. Sed vero, quib: omne quidem prædicatum est Corpus, sed absq; iis concipi optime potest: uti gravitas, elasticitas, porrosias. Porro quia impossibile est sing.ᵒʳᵘᵐ ord.ᵒʳᵘᵐ exper.ᵗᵘᵐ subjecere, ubi erit singula horum Corp.ᵒʳᵘᵐ gna, quæ nos circumstant ad examen revocare: in his si affectio quæpiam deprehetur omnib: omnino æque com: quæ propt: augeri nequeat vel minui fidenter statuendum erit affect.ᵐ illam universale esse nimirum iis entia competere Corporib: quæ experimento subjici nequeat. Intensio autem et remissio intelligi tantumodo de affectione debet non de ejusdem effectu. Nam substantia ideo desinit esse Corpus, quia minores n.° obtineat partes, quam alia. Dummodo quasdam habeat, Corpus est;

Preter hujusmodi regulas alia quoq: in veritatis inquisitione principia attendantur oportet, quæ Axiomatum loco haberi possunt, et quorum jam in Anthologia memini. Hæ omnes sunt philosophandi Regulæ, quibus in posterum usuri sumus. Sed antequam re ipsa aggrediamur, quis futurus sit rerum tractandarum ordo, juverit monere. In duas Physicam partiemur partes, Primam altera, quæ dixerit de Corpore in genere ejusq: tum universalibus, tum peculiaribus affectionibus, altera Primam quæ de Corpore in Specie agit. Hanc in duas alias res ipsa postulat distingui, Cælestem, quæ de Cælestib; et sublunarem quæ de Terrestribus corporibus sermonem instituit.

Physices Pars
Sectio Prima

De Corpore in genere ejusq: principiis.

Cum ferme omnes ante Cartesium arbitrarentur prima humanæ cognitionis originem esse a sensibus auriendam: cum q: Corpora existere ope sensuum manifestum esse videretur, factum est, ut de horum de existentia comprobanda philosophi solliciti minime fuerint. At postquam Laudatus vir Platonicorum Doctrinam secutus mentes nostras de sui prius, qua de Corporum existentia certiores fieri, ostendere conatus est, quibus

rationib: demonstravi possit Corpora existentia, cæptu est quæri. Quamobrem plura in unu congessere nonnulli philosophi argu, quib: Corpora existere evincerent. Horu consilia reprobantes alii complures, uti postulatu Corporu existentia in ipso phys vestibulo assumenda sanxerunt, ne res, quæ ipsis certissima videtur, disputationib: et cavillationib: minus certa redderetur. Ipsi a Corporu existentia demonstranda in presens abstinebimus; advertentes tamtaxat tria esse media quorum ope rerum existen: notitia assequi possumus, intima conscientia, ratione atq: sensu testimoniu, consc: de nostra existentia certi reddimur, ratione de supremi Numinis; sensu testimonio de ipsa Corporu existentia: Corpora namq: vivides adeo sensos nostros percellunt quotidie, ut de horum de existentia ambigi nequeat, nisi forte Dei nos continuo fallere affirmare, mens sit. Corporu existentia impugnare conati sunt Gallus Malebr, Belicus; Contra quos felici jam exitu laborarunt Lokius, Arnaldus Klerchius.

Principiu dicitur id, a quo aliq quocumq: modo dependet: duplex est. Fiendi, et essendi. Primu

est, q tamquam instrumentum necessarium aliquid
fit. Id 2d unde alia exoritur. Ubi enim Artifex ex
Argento vas conficit, Argento utitur tamquam
principio essendo, instrumentis fiendi. In rebus
naturalib: pri fiendi est modus, et hoc modo omnia
omnia Corpora renovantur, generantur et fiunt;
Prima vero essendi duo numerantur, Matheria,
et Forma; Nam corpus quodcumq: naturale con-
stare debet ex aliquo, q convenit cum re-
liquis, et ex aliq: q a quovis alio distingua-
tur. Primum Math: alterum Forma vocatur. Sic cubi
lignum in cinere vertitur, requiritur profecto, ut
aliq adsit utriq: sub comm, et erit math; et ali-
q insuper accedat, q cinere a ligno distinguat, et
erit forma. In hoc itaq: Physices Senti primo tra-
ctatu inquiritur qi sit mathe: illa, sive univer-
sales objecta, quo omnia corpora componuntur,
et forma, qua distinguntur. Verum cum innumere
fere sint, Veterum et Recentm de hac re oppinio-
nes tanta autem hearum discrepatia, ut cum ipso
sectarum numero certent, neq: conciliandis, neq:
refellendis ac super re placidis immorabimur, sed
brevism ea recensebimus. Ne porro orini confusio
possit, ad certa quedam capita oppiniones revo-
cabimus.

Cū rerū prīā quę a plurib: afferri solent, ejusmodi sint ut neq: sensib: illa percipere, neq: immaginatione ipsa sed intellectu dumtaxat complecti liceat, princip: Metaphy: nuncupari merito possunt, alia vero quę ob partiū exiguitate invisibil: quidē sunt, sed a nobis facile immaginationis ope concepiquęunt Mech: dici solent. Sunt denicq: alia quę sensib: ipsis subjiciuntur, atq: ex alis insensibilibus invicē unibis componuntur, et sensibilia pri: nominantur. De diversis isce principiis, ut ordine disseramus sit.

Caput Primū

De Principiis Metaphysicis.

Inter Philo: qui princip: Corporū Metaphy: statuunt, numerantur Pythagorici, Platonici, et Peripatetici quib: accensere possunt Seimnistis, ejusq: discipulus Wolvius.

Pythagoras numeros pri: corporis princip: esse auctumavit, namq: ita n: ita tamen ut ex numeris, veluti partib: corpora componi vellet, sed cū omnia admirabili quoda ordine, ac dispositione constituta esse animadvertere, omnia secundū numeros et ex numeris componi asseruit. Notandū autem apud Pythagoros unitatū

nom: tenuissima indigitari part: que numeri, seu particulæ compositæ, et componentes corpora consurgerent: ut nempe, sicuti numerus, ex pluribus simul collectis unitatib: efformatur, et quo plures sunt unitates tanto major exurgit numerus; ita ex pluribus simul collectis particulis, seu numeri, corpora coalescere dicatur. Atq: propt: ut ex varia unitatum disposit, varj consurgunt numeri, ita ex corpusculis varie congestis, diversa exoriri corpora, docuit Pytha: ut p: Eruditi contendunt.

Socrates, et Plato sunt Plutarchi verba de Placidis Philosoph no Lib: 1 Cap: III; idem de universo senserunt: tria statuunt principia Deum Math m Ideam: Deum nom: intellexit Plato subst m incorporea, incorrupt m infinita, que omnib: rebus vim, naturam, ac motum largiatur. Quare Platonici eo modo, quo animus noster per singula corp is membra diffundi videtur, sic Deum mente universi vocarent. Mathemam dicit Plato subjectum esse omnis forme, perfectionisq: expers, omnis tamen forme, et perfectionis capax. Ideam tamen apud Platonem esse exemplare æternum rerum, que secundum naturam fiunt. Id notare hanc in rem fuerit pluribus hæresibus ansam dedisse hujusmodi Platonica doctrinam Teste Tertuliano, idq: præcipue ob incostantiam verborum et significationem.

Tria ad rerum generationem necessario requirit, tamquam ejusdem principia docuit Aristoteles; scilicet Non esse q relinquitur esse quod acquiritur, et subjectum q transit de Non esse ad esse. Non esse q relinquitur vocavit Aristoteles privationem esse quod acquiritur formam, subjectum transiens de Non esse ad esse nuncupavit matheria. Id confirmat exemplo Ligni q inflammatur, atq; in igne convertitur.

Leibnitius expressis veterum Philosophorum placidis, qui Corpora elementis extensionem ac soliditatem denegaverunt cum ipsis corporum principia Monades appellantur. hoc tamen discrimine q illi Monades irresolubiles solas volebant, sicuti unitates, in quas resolvitur numerus; iste e contra monadum nomine intellexit substantias simplices, inestensas, incompositas, indivisibiles, vi motrice preditas; corpora enim pene ipsa sunt simplicium substantiarum aggregata.

Leibnitij hypothesim, mutatis vocabulis adoptavit Wolfius, contendens Elementa Corporum esse substantias simplices, sive Athomos, ut ipse vocat naturæ. Athomos hujusmodi singulas denotas vult vi quada activa, ut proinde in

ipsis sit ratio sufficiens earum affectionum, quæ incorporibus animadvertuntur. Monet præterea, elementa singula dissimilia esse, seu nullam dari substantiam simplicem, quæ in numero elementorum est, et alteri cuidam in eode numero similis sit.

Caput Secundum

De Principiis Mechanicis, seu de Elementis insensibilibus.

Elementum dicitur Corpus simplex, ex quo composita essentialiter coalescit. Dicitur simplex, quia ex iis quidem, sed ejusdem dumtaxat speciei, sive omogeneis partibus componitur.

Quamquam autem in iis admittendis Elementis, fere omnes conveniant, n ejusdem tamen generis statuuntur ab omnibus. Alii enim, ut jam monuimus insensibilia ponunt, alii sensibilia. Insensibilia Mechanica quoque vocantur, quatenus Corpuscula quædam sunt exilissimæ magnitudinis, quæ certo quoda motu, vario ordine, magnitudine, figura, situ, artefiziose inter se disposita corpora quævis constituunt, totiusq: naturæ operationes juxta severiores Physicæ, et Mechanicæ Leges, horum adminiculo peraguntur. Hæc principia, nisi externis sensibus, immaginatione saltem assequi licet.

Leucippus, Democritus, et Epicurus Corpuscula quædam Levia, alia aspera, rotunda alia, partim angulata, et piramidata, curvata quædam, et quasi adunca, cor-

Corporū Elementa esse dixerunt Corpuscula hæc, si=
ve Athomos nō a Deo, sed a Fato conditas esse asse=
ruit Epicurus, et post ipsū Lucretius. Oppinionem
hanc cū universa ferme doctrina, iis tamen ex
punctis, quæ in divinam providentiam et Religio=
nem impie congesserat Epicurus, excepit, illus=
travitque Petrus Lassendus.

Anaxagoras infinitas propemodum, nō tantū figura,
sed etiam natura discrepantes Athomos agnovit;
Nam omnihomeriam, hoc est omnia ex partibus
similibus oriri, admisit. Carnē ex partibus carneis,
sanguinem ex partibus sanguineis; cūq; animad=
vertisset ex uno simplici alimento universas nu=
trini humani Corporis partes, asserere id circo nō du=
bitavit in eodē alimento infinitas diversæ naturæ
particulas, quarū quædam carni similes, eidē au=
gendæ inserviant, quædā vero ossibus analogæ, os=
sibus essent apponendæ.

Circa modū, quo ejus Athomi diversas sortiti sunt figu=
ras, nihil est penes hos Philosophos conatita=
men sunt mundi generat^m explicare. Veteres
quippe Athomistæ, excepto Anaxagora, æternas
credidere Athomos, et increatas esse, atq; ex in=
genito hearū motu, et gravitate, et immensū
spatiū ex infinito tempore volitasse, varios mo=

motus, varios: subiisse congressus, ac tandem ex fortuita hearū unione infinitos prognatos esse Mundus, rerumq: omnia concretiones.

Impietate hujusmodi sententiæ percitus Christianus Lassendus, Athomorū doctrinæ illustrator eximius, Athomos agnovit a Deo creatas, ideoq: non æternas, sed in tempore existentes, non infinitas, sed finitas, q. scilicet sat erat ut Mundus hic adspectabilis efformaretur, quē quidē, non fortuitu, et temerario illarū occursu, sed ex illis ab æterna mente dispositis, atq: congestis, affirmat esse productū.

Charthesius supponit ingentē ab initio matheriæ quantitatē a Deo fuisse creatā, atq: divisā in plures particulas, non quidem quod ratas, uti ~~[illegible]~~ contendunt nonnulli, in hoc exponendo systemate, minus sinceri, sed cujusvis figuræ, præter quā rotundæ. Extendit enim Charthesius nomen Anguli ad omne id, qu ultra sphericam figurā prominet, ut facile inde impressione motus, a Deo dissociatas a se mutuo fuisse particulas illas, et quasdā circa propriū centrū, aliquas vero circa aliud punctū rotari cepisse; unde factū sit, ut sibi invicē occurrent et collidarentur, ac proinde illarū Anguli abraderentur; ex

hujusmodi abrasione autē vult effformatum
fuisse pulverē subtilissimū, et ad motū con-
cipiendū aptissimū, cui primi Elementi nomen
fuit, atq: ex ipso ignem Astra aliaq: luminosa
Corpora fuisse composita docet, et omne quod-
cumq: spatiū licet tenuissimū repletū, eo q: in ipsi-
us systhemate Vacuū etiā, q: ajunt, discimina-
tū repugnat. Particulas quē ex abrasione An-
gulorū rotundē factē sunt, vocat Matheria se-
cundi Elementi, q: admotū quidē agile est, sed
primo Longe tardius: ex iis plura Corpora diafa-
na constaniunt. Quē autem ad motū tardis-
simē ~~fuerunt~~ erant particulē, inqualiis ex Chart.
remanserunt Figurē, et tertii Elementi nomine
appellatē, ex quib: inde reliqua effecta sunt
corpora. Hanc autē oppinionē, qua post Chart.
abiit, exornavitq: Malebranchius, simplicis Apo-
theseos Loco, quo ad mathenē divisionē habendam
asservit; Fatetur enim nō esse dubiū quin Man-
dus ab initio fuerit creatus cū omni sua perfe-
ctione, ita ut in eo Sol, et Terra, Luna, et Stellē
extiterint, ac etiā in Terra nō tantū fuit se-
mina plantarū, sed ipsē plantē; Ita Chartheseus
in textia parte Principiorum numeris 40
et 46, 49, sq.

Notissima tandem enudanda a nobis est opinio, quam Newtonicam, a Newtono auct, mos est appellare. Qui perspicax Philosophus de insensibilib: Corporis principiis sensit, ex ipsius verbis accipite. Illud mihi videtur verosimilimus, Optices Lib: III. Quest 31., Deus Opt. Max. in principio Mathesis ita formasse, ut particulæ illius primigenitæ solidæ essent, firmæ, duræ, impenetrabiles, et mobiles, iis magnitudinibus, figuris, iisq: insuper proprietatibus donatæ, eoq: numero et quantitate pro ratione spatii, in quo futuræ erant, et moverentur, et quæ possent ad illos usus inservire, ad quos fuerunt creatæ. Præterea animadvertit Particulas hujusmodi primigenitas, quippe plane solidas, longe duriores esse debere, quam alia quævis Corpora, quæ ex iisdem cum occultis meatibus interjectis componuntur. Immo illas perfecte duras adeo esse arbitratur, ut ateri et minui non possit.

Ut itaq: respicatur Newtonus, particulæ omnium minimæ, et perfecte solidæ, nullos videlicet poros habentes, sunt Elem: primæ compositionis; Moleculæ vero ex pluribus ipsis particulis simul coalescentibus, cum porris intermissis, sunt Elementa secundæ compositionis; Moleculæ deinde ex pluribus ecus compositionis molecullis conflatæ, sunt Elementa tertiæ compositionis, et ita deinceps, donec ad

particulas, ex quib: fit ultima Corporum compositio deveniatur, quæ ultimæ compositionis Elementa vocari solent, et in quæ fit prima Corporum resolutio. Atq: hæc satis de Elementis Corporum sensibilibus, quæ poni quidem debent extensa. Ultrum autem ejusdem an diversæ speciei intrinsecus sit, arduum est definire.

Caput Tertium

De sensibilibus rerum principiis.

Cum ab ipsa fere Mundi origine, et licet suspicari, Sapientes observarent singula Corporum genera, in ignem, aquam, aerem, et terram resolvi, et cum lignum comburitur novi ignis substantia erumpit, variæ terræ particulæ nisi sine calori motu desiderent, humores ~~[illegible]~~ aulant, cineres denique subsistere cernuntur, facili ratione existimarent, quæ ab omnib: Corporibus elucerentur, Corporib: ipsis inesse deberent; ideoq: quatuor hæc ipsa Elementorum genera admitti opportere. Cum alii deinde animadverterint unius Elementi particulas variavisse posse, ut singulas alterius Elementi proprietates inducerent ex quatuor recensitis, unum statui debere putarunt unde cætera oriri possent. Quia vero non omnes unum tantumodo elementum ex aliis elementis sed duo, et plura etiam

simplicia, atq; ex aliis nõ genita existimarunt. Ita varias statuerunt opiniones, quot elementa simplicissima admitti debere contendebant.

Quod vero Elementũ, aut quæ Elem: ab aliis Philosophis fuerint admissa nõ juvat ulterius referre; summatim dumtaxat scivisse sufficiat. Primũ Thaletem Milesiũ pro rerũ omniũ principiis acquã statuisse ut cecinit Homerus Oceanus cunctis prebet primordia rebus; et ex Homero Virgilius Georg: quarto Oceanusq: patet rerũ Nimphæq: sorores; quib: accensendus est etiã Esiodus, qui nom Chaos antiquissimorũ Phys: more secutus, acquã intellexit, ubi cecinit. Cunctarũ primo Chaos extitit; Qui Terrã veluti rerũ omniũ principiũ admisere sunt, Feracides, Syrus, Zenophanes, Hippo Reginus. Ito qui aerẽ sunt Anaximenes, Archelaus, Diogenes, Apollonius. Utrũ quis ignẽ admiserit dubitatur Eraclidũ enim ignis nomine aerẽ intellexisse contendunt Eruditi. Communior fuit heorũ sententia, qui omnia hæc quatuor pro Elementis admiserunt, quos inter eminet Aristhoteles.

Chimici, quos vulgus Archimistas, Empiricos, Spargiricos, et Hermeticos vocat, ii dicuntur, qui in id unũ incumbunt, ut mista quæque ignis opera ope in Elementa sensibilia dissolvant.

libros audiamus quinque sunt revera principia.
1mo Mercurius vel Spiritus substan. subtilissima, max: vivida, a qua mistorum omnium motus immediate provenient. 2do Sulfur, substantia pinguis, et viscida, qua habent mista, ut flammam concipiat. 3to Sal Corpus rigidum, se sapidum, sive origo saporum, et acquam solubile. Dividitur Sal in acidum, q linguam pungit, et vellicat; in Alkali, q radioni est texture et plurib: interruptum meatibus; inde si misceatur cum acido, magna oritur ebullitio. Sal hujusmodi nomen ab Arbore Kali sortitum est, quia ingens ex ea elicitur Copia; infixum q igni resistit, et involutabile q calore ns dissipatur. 4to Acqua, que etiam Flegma vocari solet, substantia humida, insipida, inodora, cujus interventu Spiritus, Sulfur, et Sal consociantur. 5to Terra damnata, seu Caput Mortuum substantia arrida, fixa, insipida, in cineribus conspicua, que omni penitus vi, et energia destituta post Lixivium superfunt.

Quibus positis sic arguunt Pna intrinseca, immediata compositorum naturalium, ea sunt, in que natu-
rale quodcumq; compositum per soluta separatio-
ne, resolvitur. Omne naturale compositum in-

Terrā resolvitur, acquā, Mercuriū, Sulfur et Sal ut innumeris constat experimentis: neq: certa est quinque hujusmodi substantias entitive in ipso composito existere.

Verū quamvis ingenue fateamur, cū illustrioribus Philosophis Studiū artis hujusmodi, quam Arabes omniū primi; Deinde Raimundus Lullus, Rugerius Bacco, Theofrastus Parracelsus, aliiq: in Physicā et Mechanicā, derivaverint commodē. Eorū tamen oppinio, quo ad omnia probari nō potest enim vero ea esse debent Elementa, in quē nō solū corpora resolvuntur, sed ultimo quoq: resolvuntur. At illē quinque nō ultimo eliciuntur a Corporib: ut plurib: extendit experimentis clariss.mus Robertus Boyle, in Lib: Alchimista, Scepticus Inscriptor. Si enim ut proptit Accademia Parisiensis, ipsi Mercurio in vase contento, acrior subiciatur flammē vis in sal, et acquā dissolvitur. Qui plura de Elementis Chimicis desiderat experimentalissimā adeat Lemij.

Caput Quartum

De Forma Recensiorum

Recensiores plurimiq: ex Veterib: Philosophis verā generationis, vel mutationis substantialis naturam hanc esse existimarunt, ut in illa nōnan

quædã, atq: a veteri simpliciter, et absolute di=
finita produceretur substantia, sed rectas dũ=
taxat substantia, ita alteratur, ut affectiones
omnes sensibiles admitteret, novasq: inducere a
veteribus diversas tenuissimas nempe veteres
subst & partes ita permisceri, novo quodã ordine
perlustrari, atq: disponi judicarunt, ut exinde no=
va novarũ proprietatũ accidentiũ vel sensibi=
liũ affectionum congeries oriretur; quę novã
sensibus nostris substantiam sensibiliter nempe
a veteri substantia existent diversa. Quemãd=
modum fere Cristalli partes in exilissimũ pul=
verem comminutę, licet eandem prorsus sub=
stantiam retineat; novas tamen sensibiles af=
fectiones acquirent, fere novamq: substantiam
nobis exilent.

Cum itq: Veteres ferme omnes recensioresq: philose=
phi in substantiali rerũ generatione produci
arbitrentur; ut absolute quidem, sed
sensibiliter tantũ a priori distinctam, perspicũ
est in hac sententia formã substantialem,
vel illud q̃ acquiritur in ipsa generatione quo=
que res genita ab alia quacumq: re distinqui=
tur, nihil aliud esse, quã sola partiũ textiram
seu dispositionem, ex qua unica resultat no=

novus accidentium cumulus. Mathesis vero, sive subjectum quod acquirit hoc esse, et in quo nova hæc recipitur proprietatum congeries, esse Ens in genere corporis, quamdam nimirum substantiam, in qua nullæ sensibiles reperiuntur qualitates, si magnitudinem, et figuram exceperis, quæ a corpore separari nequeunt; quas tamen omnes sensibiles affectiones ex vario partium ordine textura, et dispositione induere potest.

Hæc est tam veterum, quam Recentiorum circa formam sententia. Aristotheles longe meliorem explicandæ generationis viam se deprehendisse arbitratus, posuit formam substantialem Ens esse absolutum a sensibilium proprietatum congerie prorsus distinctum ut substantia proinde repente genita non apponenter modo, sed essentialiter etiam, ac simpliciter sit a veteri distincta.

Cæterum ex particularum motu, quiete, figura, situ, magnitudine, diversas qualitates, et accidentia oriri posse facile intelligitur, si cum Cartesio animadvertatur, infinitos esse modos, quibus tenuissimæ corporis partes disponi queunt, ut varia subinde nascantur proprietates. Quippe si 24 caracteres Alphabetici diversis adeo rationibus disponi possunt, ut combinationum possibilium numerus

sit 2,935,230,399,039,504,140,814,618,609,535,000,000,
Qui infinita fere Elem. mira figurarum, et magni-
tudinum varietate distincta disponantur, incre-
dibilis certe varietas, et infinitas, ac inter se
diversa orivi poterunt substantiarum genera.
Ad hanc rem Lucretius Libro I.

Namque eadem magni refert primordia saepe
Cum quibus aut quali positura contineantur;
Et quos inter se dent motus, accipiantque
Namque eadem Cælum, Mare, Terras, Flumina, Solem
Constituunt eade fruges argusta animates.
Verum aliis alioq; modo commista moventur.
Tantum Elementa queunt permutato ordine solo

Sexio Altera

De Corporis Essentia ejusque precipuis affectionibus.

Si ea Animo revolvantur, que de Lege Textia a Cl.mo Newtono statuta, initio Physices exposuimus, continuo nobis manifestum fiet alias esse proprietates corporum universales, alias particulares, et iterum universales, confusionis vitande gratia in essentiales dividi, et accidentalias; ita ut illæ essendo sint accidentales, sine quib: corpus concepi potest: Essentiales vero absq: quib: concepi

nequit Corpus, et quib: ablatis eadem simul intereat corporea, necesse est. Principio ergo de Essentialibus de Accidentalibus, postremo de particularibus proprietatibus agemus. Atq: ut ab Essentialib: exordiamur sex vulgo a Recensioribus numerantur; Extensio, Divisibilitas, Figurabilitas, Mobilitas, Solidita, et Inertia. Hæ sunt corporis proprietates universales et essentiales. Quamobrem Math: Idea, rem solidam extensam, figuratam, designabilem. Fatendum tamen est longe facilius, et evidentius nobis memoratas Corporis proprietates innotescere, quam hæarum proprietatum subjectum. Si enim a nobis quæratur, sit hujusmodi subjectum, cui inerent proprietates recensitæ, respondebimus? Dicemus ne illud esse Corpus, seu Matheriam? At hæ sunt mera Vocabula; satius itaq: erit fateri nos omnino naturam Corporis, vel subjectum ignorare. Nec quis miretur; Philosophi siquidem ingenuo verbis delectari indignum est, et ea, quæ falsitatem sapiunt subcertidiminis specie factitarent. Colligere hinc est quantum a veritate aberrent illi Philosophi, qui in aliqua ex allatis proprietatibus, vel in pluribus Corporis essentiam collocandam arbitrantur, ut sunt Hobbes, Gassendus, Leibnitius.

28 Enti vero opinatur, Pahendus, matheri essentiam in soliditate, vel impenetrabilitate, sitam esse. At minus apte. Illa enim est rei essentia, quæ primo in ipsa re concipitur: proprietas vero illa, ea est, quæ rei jam constitutæ advenire intelligitur. Porro soliditas concipitur rei jam constitutæ accedere; Prima nat: Math: esse debet, quam operetur; sed et soliditatem vere operatur Matheria, ut unicuique attendenti est manifestum. Ergo Re. Corpus præterea vi ne impenetrabilitate actuali destitui potest, quin desinat esse Corpus. Dividus quippe duo Corpora possunt compenetrari; quapropter Christus, dicitur januis clausis cenaculum ingressus, atq: Cælos penetrasset.

Neq: felicior fuit Chartheshus in natura Corporum assignanda, dum ea in extensione collocavit in Longum, Latum, et profundum; in trina scilicet dimensione, vel illius exigentia. Est enim de ratione essentiæ rei cujuspiam, ut primo in ipsa concipiatur; in Math: autem actualis principia vi concipitur extensio; vere id q: est extensum, seu extensione exegi. Alterius essentia illi dumtaxat conveniat oportet, cujus est essentia. extensione vero

soli ñ convenire Matheriæ perspicuum ex dicendis fiet.

Leibnitius, in extensione, inertia, et vi motrice Corporum essentiam collocandam censet. Ast quæ vi semper poterit a Leibnitio q̃ nam sit illud subjectum, in quo recensitæ proprietates existunt, compertum siquidem est, proprietates absq: subjecto subsistere minime posse.

Colligas Corporis essentiam, physice considerantibus determinari a nobis ñ posse. Si vero simplex hæjusdem, et descriptiva notio desideretur, cum Malebranchio dicamus, rem quamlibet, quæ acie intueri, vel manu comprehendere, et palpare possumus, quæq: impressioni resistit, Corpus appellavit.

Caput 6 mum

De Extensione cubi de Spatii omni Matheria libori, possibilitate, et existentia.

Si plura diversa, inquit Wolfius, adeoq: extra se invicem existentia, tamquam in uno nobis repræsentamus, notio extensionis oritur, ita adeo extensio sit multorum diversorum aut si mavis extra se invicem existentium coexistentia in unum, atq: constituatur multorum extra se invicem existentium unione. Sic Lineæ recteq tribuitur

extensio, quatenus in ea plures distinguntur diversæ partes extra se existentes, quæ inter se unitæ unum quidem efficiunt, unde patet ad notionem extensionis requiri, ne dum ut partes sint extra se existentes, sed denideratur etiam, ut inter se uniantur, et unum efficiant. Sunt qui extensum definiunt quod habet partes extra partes; falso tamen cum enim pars quælibet sit extensa, diceretur tantumodo extensa, extensum esse extra extensum.

Ex definitione extensionis sequitur continui, interrupti et contigui definitio: si enim partes in uno existentes eo ordine extra se collocentur, ut nulla alia inter ipsas possit interponi, compositum continuum dicitur. Interruptum habetur, quoties partes in composito eo ordine ponuntur, ut aliæ inter ipsas interponantur, vel interponi queant. Contigua tandem ea sunt, quorum superficies se tangent, ita tamen ut unum non efficiant.

Colligo hic ab entitativa corporis extensione nihil differre magnitudinem, utraque enim est id quod unum corpus alteri comparatur,

dicitur æquale; vel inæquale; sicuti rationes qualitatis fit, ut unum corpus simile, vel dissimile dicatur. Hinc sequitur, falsa esse scholasticorum opinionem contendentium, Magnitudinem esse Ens absolutum a Corpore distinctum.

Vacuum, cujus Idea magis fortasse clara est, quam ut verbis explicari queat, spatium dicitur omni corpore distitutum. Triplex a Cla: Lapsendo statuitur Vacuum separatum, seu spatium amplissimum ab estima creati Mundi superficie incipiens, et quaquaversum deinde infinite porrectum, disseminatum, et quod intelligit plura spatia vacua, particulis solidis, et moleculis corporeis interspersa: coacervatum, quasi intelligatur ex plurib: vacuculis disseminatis, corporeis expulsis particulis, quas inter jacebat, coalescere.

Vacuum adeo repugnare, ut ne divina quidem omnipotentia haberi queat, aperte docuit Cha:, eoq: innixus argumento q: cum extensio ubiq: sit, eaque corporis rationem habeat, impossibile est, haberi extensionem, quæ Vacuum q: libet etiam disseminatum excludat. Huic Arisstot: prolavit, et sectatores habuit Malebranchium, Hegium, Choaultium, Hobbium, Leibnitium, Rudoechenum, aliosque contra vero Vacui existentiam propugnarunt

Leucippus, Epicurus, Lucretius, Gassendus, Emricus Morus, Locius, Travesandus, Moschenbruechius, itq: omnes, qui Newtoniana Philosophia nomen dederunt. Quin Newtonus doceat, spatia ipsa quoq: Phoebi Planetarum et Cometarum in omnes partes, et sine omni motus diminutione sensibili, perpetuo moventur, fluido omni corporeo destitui, si forte vapores longe tenuissimos, et trajectos lucis radios excipiat. De hac oppinione alibi. Sit nunc contra Cartesium, aliosq: Vacuum negantes.

Prop: 8ma

Vacui possibilitas ostenditur.

Facta hypothesi q̃ corpora crata non sint infinita, q̃ longe clarius intelligitur, q̃m esse infinita: si vas p̃ Char. aere, aliis quibuslibet fluidis perfecte plenum. Id omne quod vas replet a Deo anihilari concipiatur, atque interim impediatur affluxus novæ materiæ occupantis locum prioris, habebitur ne vacuum in illo vase? Minime quidem: Latera enim vasis coibunt. At cum corpora non moveantur, nisi aliunde motum accipiant, aqua nam vasis latera mota fuerit, et ad contactum

impulsat Reponeſ a circumprementib. Corporibuſ.
At cũ hujuſmodi Corpora nõ ſint infinita: id circo
talis vel haberi, vel fingi poterit Laterũ firmi-
tas, ut omniũ Corporũ impetui ſuſtinendo pa-
ria ſint. Aut coeant vaſis Laterib, locuſq: a ma-
theria annihilata relictuſ, ab aere, vel alio cor-
pore occupetur: Nonne in Locũ hujuſ alterũ
ſuccedat neceſſe eſt, et rurſuſ aliud in Locũ hu-
juſ ſecundi, atq: ita porro usq: ad Mundi termi-
noſ? Cum itaq: ex hypothesi terminis nõ ſint
infinite distantes, pronũ eſt, ut Vacũ admitta-
tur illius hujusdem dimenſionis ſolidę, quam
Corpuſ ſolidũ annihilatũ antea obtinebat. Er-
go &c. Sed jam ad Vacui exiſtentiã accedamuſ.

Prop: Altera

Extenſionis Negativę, ſeu
Vacui Exiſtentiam probat.

Et primo ad Vacũ ſeparatũ q̃ attinet, quamviſ iſ-
tud ipsius demonſtrata poſſibilitas evincat exiſ-
tere, en nihilominuſ, quę in hanc re habent
Philoſophi. Extenſio Mundi cũ finita ſit, ta-
lis eſſe nõ poteſt, niſi extra illius terminoſ ſpatia
exiſtat, q̃ ab aliis Corporib. occupari queat. Si enim
nõ haberetur hujuſmodi ſpatia ultra Mundi
fineſ, infinituſ eſſet Mundus, q̃ repugnat: ſolus

quippe deus est vere infinitus. Ergo erea absolute loquendo extensio pura, seu spatium nequit esse finitum: enimvero, si finitum est, vel erit limitatum ab alia negativa extensione, vel ab altera resistente, et solida; sed sive unum, sive alterum dicatur, semper aliud spatium est ultra primum. Ergo &c. Quod si dicas spatium a nihilo limitatum esse, tunc nihil foret quidpiam reale, limes nempe extensionis; atq. ulterius dicere spatium a nihilo ~~nihil~~ limitatum esse, proinde est ac asserere spatium esse limitatum.

Horum vim eludere conatus, affirmavit Ch.us Mundum indefinite esse magnitudinis. Verum quam inepte, ostendit clariss.mus Poetius, qui Cap. V. Censure Philo Charthesiane hæc habet: „Mundum ait „indefinitum esse dixit Ch.us Latebram sibi paravit „in dictionis hujus obscuritate, ad quam confugere cum cerneretur a Theologis quos in se concitatum in presentiebat. Id vero esse vult indefinitum, q. finitum nosne sit, ignoratur.... Temere affirmavit Ch.us q. ignorabat cum plures Mundos esse n. posse dixit. Porro nihil est indefinitum suapte natura. Quicq. enim est, vel finitum est, vel infinitum. Si finitum

omnem corruere sua de corpore, et vacuo, cæterisq: Re-
bus naturalibus doctrina, fatetur Ch.us si infini-
ta frustra effugia quærit in indefinito, et convi-
ctus tenetur erroribus omnibus, quos oriri patet ex su-
is principiis.

Nec quidquam juvat asserere spatium esse extensum, et
extensione ab distingui a Corpore: Alia siqui-
dem est extensio positiva, negativa altera est, idu
pura: Corpus ita: spatium, ait Keil in sua introdu
ctione ad veram philosophiam Lex 11, attributa ni-
hil vindicat ab diversa solum, sed ita contraria, ut
impossibile sit illa tamquam unis, et eidem inve-
rentia subjecto concipere. Corpus namq: tam-
quam solidum, seu impenetrabile, molle, et divi-
sibile apprehendimus..... Contra vero spatium
concipimus tamquam illud, in quo Corpus omne Lo-
catur, cujus partes a se invicem separari nulla
vi possunt..... Hæc Corporis, et Spatii tam dis-
sona, et repugnantia attributa eidem subjecto com-
petere impossibile est.

Circa Vacuum coacervatum, præter ipsius jam ostensa
possibilitatem, quærunt Philosophi an in Mundo
existat reapse, et an vim naturæ habere queat.
Et pm.o quæstionem q. attinet, affirmat Newto-
nus, ejusq: sectatores, teneantur existere; ac posis.

ducti ratione. Qd si Cœlorũ spatia plena constituantur, tandem aliquando Planetarũ et cometarũ motus post continuã retardationẽ plane languescere, atq: intenire deberent. Negant vero alii, et quidẽ magni nominis philosophi asserentes allatã rationẽ nullius esse momenti. Nam inquiunt: Nne in sententia Neutoniana immensa lucidi effluvij e sole emissi copia per Cœlorũ spatia propagatur, et quidẽ continuo. Quo ergo pacto Nn retardatur Planetarũ motus per lucidũ effluviũ continuo quaqua versum emissũ, retardari Nn poterit, si alia Nn absimilis matheria, jam ubiq: diffusa per Cœlorũ spatia admittatur. Sed hæc cũ jam innuerim aliò fusius. Quid interim concludendũ? Incertũ sane est. nũ extet in Mundo spatiũ coacervatum.

Quo adsecũ alii affirmantẽ, negantẽ alii tuentur partẽ. Qui naturæ viribus coacervatũ vacuum obtineri judicant arg: desumunt ex vacuo Boileano, et ex Tubis Torricellianis, quorũ suprema capacitas ab iis vacua penitus statuitur. Sit contendunt alii, minus recte ex hisce experimtis colligi vacuũ coacervatũ fieri naturæ viribus. Liquidẽ licet ulla crassioris aeris copia in supprema contineatur Tuborũ parte,

Ed autem affirmare non potest de aere subtiliori, qui liberrime permeat. Eter preterea, in isq: elementari, sive lux nullo negotio per vitri poros diffunditur, quod probant eo quia omnes illius supremæ capacitatis partes lucem contineat. Quare ne probabiliter quidem evincitur ex allatis experimentis in Mundo fieri posse Vacuum coacervatum Naturæ viribus, et hic pariter nihil a nobis positive definiendum est. Quod si nihilominus postuletur a nobis verosimilius videatur respondendum probilius fieri non posse Vacuum coacervatum cum sabij compertum modo sit, ignem elementare esse ubiq: diffusum, et cum subtilissimus sit, facilime per vitri poros transire. Sed jam ad disseminatum pergamus.

Nisi ponatur Vacuum disseminatum, plura explicari nequeunt quæ in natura contingunt; uti motus Corporum, gravitas ipsorum specifica, et fluidorum natura.

Si omne spatium sit absolute plenum ~~pilla~~ pilla ferrea explosa ex tormento bellico, percusso spatio, quod plenis vicis ipsius Diametrum adequet, cessare debet a motu; nam pila in primo motus instante pellere debet tantam Mathesim quantam sub suo continet Volumine: id circo ita se habet ac si pilla ipsa in Corpus æqualis

massq, et quiescens incurrere, illudq; e suo loco
dimovere, atq: in hujusmodi occursu juxta
notissimas collisionis leges, dimidia velociti-
tatis parte ex corpore moto in quietu transi-
re constat: quare cubi pilla explosa spatiu
suq diametro æquale percurret, dimidiam
solu habebit velocitate. Post aliqua igitur
revolutiones, cessare tandem debet a motu.
Sed et ratiocinatur Moschenbruechius, si om-
nia sint plena, et manus moveatur, debent
partes aeris, quæ occupabant locu, quæ subit
manus vicinas aeris partes e loco suo expel-
lere: istæ subsequentes ~~dim~~ movere, et sic dein-
ceps donec ad Mundi confinia devveniatur.
Cumq; incredibilis pene sit Mundi magni-
tudo, pene infinita corpuscula erunt mo-
venda, omnia autem corpora exinsita vi iner-
tiæ, quæ proportionalis est quantitati materiæ mo-
tui resistit. Infinitorum pene corpusculorum
devicenda ergo erit existentia; atq: expe-
rientia constat nos neq: tantam habere
vim hujusmodi vincendæ resistentiæ pare
et aliende facili negotio, ac nos percepta
resistentia manu movemus. Ergo & Ethæc
q. prim. Pars.

Ad altera q̃ spectat, ut Arg.m̃ rite intelligatur, animad-
vertere par fuerit, q̃ dnã gravitatis specifice
nom.e intelligant Philos.i ~~p~~ hanc intelligunt
corpora pondera sub æqualib. voluminib.; ita qui-
de, ut auri, et argenti gravitates dicantur spe-
cifice, quatenus utriusq. volumina ponantur
æqualia. Iam vero si aurea, argentea viva, plum-
bea et cætera inter se conferantur, omnium gra-
vissimum patet esse aurea tum argentea viva, su-
binde plumbea; adeo ut sub eodem volum. continea-
tur aurei lib. 200, arg. 1[illegible]. 6, plumbi 60. 6, cere
5. Cujusce Phenomeni nulla alia contendent
Epicurei esse rationem; quam q̃ in Arg.o vivo plu-
res sunt pori absolute vacui, quam in Auro; in
Plumbo plures, q̃ in Arg.o; plures in Cera, quam
in plumbo. Ut Arg.m̃ adhuc clarius reddatur: si
omnia solidis partib. plena essent, neq. aurum,
neq. aliud quamq. corpus in aere positum posset
ad Telluris superficiem remeare. Ad hoc enim
gravitas aeris specifica specifica excedere de-
beret aeris gravitate: atq. si nihil vacui ha-
beatur, gravitas specifica aeris specifice ~~w~~ ce-
deret gravitati ~~aeris~~ vel alterius cujusvis
corporis; sub eodem enim volumine æqualis con
tineretur Math.e quantitas, tum in aeris, tum

in auri volum: bar ergo foret in utroq: corpore gravitas, Igitur deberet aurū in aere pensile remanere. Ergo &c.

Quo ad tertiā partē explicari nq̃ potest natura fluidi, nisi dicamus componentes fluidi particulas a se mutuo dissociatas esse et sphericā vel quasi sphericā habere figurā, utpote perspicuū fiet, ubi de fluidorū natura. fieri autem nequit, ut unitis hujusmodi particulis sphericis, nq̃ interesit inter ipsa rigula aliq; sive spatiū vaccū liquet enī exemplū si summamus milii acer: ejus de granula ita sibi nq̃ coere, ut nullū inter se relinquat spatia. Ergo &c.

Argu plura, quę in unū contra vaccū cogerent, Aliq; ~~[illegible]~~ Matthuecherk, Pater Lana, aliiq; cha: silentio prętermittere satius judico quippe quę ea, quā pertegi poscunt, et solvi facilitate. De porro omnia prorsus asserna videamur, sequenti tantū contenti erimus, super quo tanquā Zeno super suo Achilly arg: gloriantur adversę sent: vindices.

En ceteb: arg: Vaccū si adesset, vel aliq esset vel nihil si nihil, Ergo cū nihil nq̃ existat neq; vaccū proinde existere poterit. si aliq vel erit sub: vel accidens, Quorū neutrū dici

potest. Si substantia, vel corpus erit, vel spiritus, nullo admittitur, sed est impossibile. Sed neq; dici potest accidens, quia si foret accidens, corpori inheret: cum autem omne corpus destructum supponatur, omne quoq; spatio inherens corpori destrui deberet: Quapropter inter accidentia referenda non est. Preterea si vacuum existeret esset se subsistens, nec proinde accidens. Ergo nihil. Ergo &c.

Varie a variis philosophis excogitate fuerunt huic arg. responsiones. Lok Jasendes, aliq: complures hac super re elaborarunt utiliter. Spes adversariis satis sic facimus: Nimirum dum obtrudunt vacuum vel est aliq, vel est nihil; Respondendum est esse aliq, seu Ens: si vero urgeant hoc Ens debere esse vel subst. vel accidens, respondendum supprema rerum genera non duo dumtaxat, sed plura esse, ut demonstrat clariss. Freyer in sua ad Philoso. introductione. Ostendit siquidem ex effectum naturalium existentia sex deduci supprema rerum omnium genera; videlicet naturales effectus, substantias simplices, axes, modum spatium et tempus. Enim vero existere non possunt naturales effectus, nisi primo ab aliq: existente ve quam substantiam simplicem appellat, producantur.

Ito nisi hæc substantia facultate habeat vel
vires ad eosdem producendos. Ito nisi eadem
aliquo modo operetur. Ito nisi eade aliquo
in loco seu spatio eosde producat. Ito nisi
eade aliquo tempore deveat. Hæc omnia dicit-
esse vel, quippe quæ ab unica effectuum natura-
lium existentia, necessaria, et absoluta consecu-
tione deducentur. Atq: etiam diversæ adeo in-
ter se sunt, et subunico Entis genere om-
nium supremo conveniant. Quod si iterum
dicant, quos ergo cum sit spatium vacuum Ens
reale, erit non modo ab humana cogitatio-
ne independenter existens, sed quæ et etiam
subsistens. Respondendum est, ex modo alla-
tis alia esse Entia realia, quæ omni omnino
carent facultate vel agendi, vel patiendi, cu-
jusmodi sunt tempus, et spatium, alia quæ
sunt prædita vi vel agendi, vel patiendi fa-
cultate, uti sunt illa quæ vulgo substan-
tiæ vocantur. Vacuum itaq: spatium est
ab humana mente independens, sed non est
tale, ut aliquo modo vel agere, vel pati
queat. Quemadmodum de substantia in
sensu communi accepta comprobatur.
Hanc qui serio ad examen revocaverit

responsione proposito arg. Ratim nullam esse com=
perit.

Dices si Vacuum est Ens Reale, vel erit a se, vel ab alio; quo=
rum neutrum dici potest. Non a se; rationem namq: ha=
beret Entis necessarij: atque adeo esset Omnipotens,
Perfectissimus ac summum Deus esset; qui ta=
men solus est a se non ab alio; Nam si ab alio, e=
rit necessario a Deo: si a Deo, Ergo Deus erat an=
tequam spatium Vacuum existeret. Hoc autem repu=
gnat; majorem quippe haberet Deus immensita=
tem, post spatij Vacui creationem quam antè; proin
deq: mutatus foret Deus in sua immensitate, Ob=
scurum siquidem minime est, Deum ubiq: esse, ac om=
nib: spatij partib: presente, teste Aug. potentia,
sapientia, non absente natura. Non igitur a
se, neque ab alio. Ergo &c.

Resp: solutione Arg. in ipsammet proposita esse dificul=
tate. Ut enim, ait clarissimus Fromont, cum Deus im=
mutabilis sit, in sua immensitate, ideo colli=
gimus, spatium ab æterno extitisse: sicuti Deus
est ab æterno immensus. Dum itaq: adversarij que=
runt an sit a se, an ab alio, respondendum,
non esse a se, et distinguendum illud non esse ab
alio hoc modo: Vacuum spatium non est ab alio,
idest non est ergatum, concedo, non est ab alio, idest non

dependens ab ipsa Dei immensitate, nego spatium siquidem vacuum ab ipsa omnino pendet immensitate Dei atque idem ipse affirmat huiusmodi immensa esse spatii extensionem quia hoc suo modo respondere debet immensitati Dei. Quamobrem cum æterna duration sit immensitas Dei atque huic ab æterno respondere suo modo debeat eadem spatii extensio, jure colligimus spatium ipsum esse æterne durationis et immensum. Licet relate ad Deum, ubi omnia sunt simul, et æqualiter præsentiæ, spatium nullum habent extensionem, ~~ob~~ sed solum relate ad Corporum creata.

Peculiarem ultimo loco quam protulit Henricus Morus, de Vacuo sententiam juverit paucis innuere. Voluit itaq: accutissimus Philosophus spatium esse mere vacuum ac prorsus inane, sed subtilissimam quamdam ~~spe~~ substantiam spiritualem hoc est immaterialem. Reale aliquid esse probat et reali, quia hoc ~~probat ex recto~~ obtinet extensionem, sed insuper videtur esse unum et simplex infinitum, et immortale. Vult deinde illud concipi, ut æternum et independens cum illud quoppiam tempore non extitisse, concipi nequeat, neq: ab imaginatione alicujus, aut

aut ab alia re qualibet dependeat, cui ipsa potius alia recipiat, et sustentet. Necessario quoque existere videtur, quia cum res omnes a rerum natura extermi nabiles concipiamus. ostensum hoc, interminabile superesse adhuc videtur. ex qb. insert illud incorruptibile esse, in circumscriptum omnia permeans, omnia complectens, qi plura fervida adeo mori imaginatio processit, ut Vacuum dari esse, ac Deum, imprudenter affirmavit.

Caput Secundum

De Magnitudine et Divisibilitate

Quia Corpus est extensum, inquit Travesandus, etiam est divisibile, id est in eo partes considerari possunt. Extensione ergo sequitur divisibilitas, cujus compositum a Wolfio capax dicitur, si una pars composita existere posit etiam si altera anihilatio ponatur, etiam partes ejus quantum libet distantes fieri possunt. Sed hic magna occurrit ac perdificilis questio jam usq: ab antiquis ad hæc nostra tarda tempora, utrum nempe Corporis sive continui physici quelibet pars, etiam minimula in infinitum dividi possit; an vero certi sint denique fines, quos ultra nequeat consistere divisio. Discrepant acerrime a Pythagoricis, et Zenonicis, quos secuti sunt Lasenidus, Leibniticus, et Wolfius. Cartheseani, et Peripatetici

quib: adhærunt Neutoniani, Keil, Sgravesandus, cæteriq: recentiores Physici-Mathematici.

Quum divisibilitas sit totius in suas partes solutio ut clavitati simul et brevitati hac in re consulamus, advertendum est, duplici modo extensionem in suas partes distribui posse, Geometrice nimirum, et Physice, sive actualiter. Physica divisio, sive actualis partes in quas extensionem resolvit, ab invicem separat; designat autem dumtaxat, et seorsim eas abstractive considerat divisio Geometrica. Corpore extensioni utraq: competit divisio. Quare agendum de utraq: videtur. Perpendendum itaque non componi extensio ex partibus geometrice in infinitum divisibilib: possit, tum q: sit de Physica, seu de actuali Corpore extensionis partitione dicendum.

Atq: principio quavis facta extensionis divisione, vel extensione est prædictum q: q: restat, vel ea caret; si hoc impossibile omnino est ut extensione prædita, nempe partes indivisibiles, uti jam innuimus, verum posse extensionem constituere. Si extensum est q: remanet partes ergo habet; Partes vero saltem considerari seorsim possunt. Quod ad Geometricam divisionem sufficit, de qua sermo nunc est.

s'gravesandes in phys ita ratiocinatur. sit Linea AE (Fig: 1.) perpendicularis ad Linea BD. sit etiam FL ad aliquam distanctiam a puncto A perpendicularis ad Linea BD: tum vero Centris E, C, C, et radiis EA, CA, CA describantur Circuli secantes Lineam AFL, in punctis h, n, o: Quo major est Radius AE, eo minor est pars Fh. Radius EA potest in infinitum augeri, et pars hF in infinitum minui, quae tamen numquam redigi ad nihilum potest quia Circulus quicunq: efformetur numquam concidere potest cum recta Linea BF. Praeterea constat Angulum mistum effectum a portione Circuli Ah, et a tangente AF posse in infinitum minui: Atq: hic Angulus quantumvis divisibilis omni rectilineo Angulo, tamen minor est, et Angulus rectilineus qui ipse in infinitum, uti omnis quantitas, divisibilis est utcumque imminutus, memoratos Angulos mistos omnes superat. Ergo &c.

Joannes Keill nonnullas proponit demostrationes quib: n mathem solu vere etiam phys particulas qualumq: mat.t in infinitu divisibiles probare auctumat. sit ergo, ait ipse, p. 2 Linea quevis AB, quae simul unit Parallelas CE et BD: ex puncto C rectae CF, CL, CM

CL, CM, CD. Hæ rectæ divident rectam AB in tot partes, quot sunt rectæ: Atq: a puncto C in subjectam lineam BD, infinitæ lineæ adduci possunt, si linea ipsa BD in infinitum protracta intelligatur, quin vel aliqua ex lineis quæ ducuntur, parallella fiat lineæ CE: idcirco infinitæ lineæ secabunt rectam AB, ergo et ipsam in partes dividi potent infinitas. Intelligitur quoque (Fig: 3) trigona superficies CKA dividi in partes pene infinitas; idem namq: Triangulum CKA dum vel plures describuntur rectæ CD, CB, CL, vel attollitur linea CK, continuo minuitur numquam tamen potest evanescere. Quemadmodum etiam si CKA trigonum in Orbe agi concipiatur circa rectam KA immobile, Corpus inde gignetur seu Geometricum solidum, Coni nomen donatum, qui divisus in partes erit numero infinitas. Quam propter et linea, et superficies, et Corpus infinitis numeris partibus coalescunt.

Præterea nemo non videt si Corpus ex particulis indivisibilibus componeretur tot forent partes, in Corpore majori, quot in minori. Nam sint (Fig: 4) duo Circuli Concentrici, et dividatur circumfe-

major in suas partes indivisibiles, et ducatur a Centro ad singulas partes recte CBM, CLM, quæ circumferentiam cetcumque in partes, numero æquales divident, et circumferentia Major AB, MN in suas partes minimas divisa erit. Circumferen^a ergo ~~Major~~ Minor SLC tot partibus minimis, seu indivisibilibus constat, quot constat Circumfere^a Major AB, MN. Quare cum indivisibile indivisibili sit, æquale erit Circumf.^a FS, LC, æqualis circumferentiæ AB, MN, seu quod eodem recidit minor Circumferentiæ majori æqualis. Hoc autem omnino repugnare nemo non videt.

Præter hoc ultimo allatum absurdum consulum alias admittat oportet, quisquis ex punctis indivisibilibus extensionem componi censet. Imo scilicet neuquam obtinebitur extensio hac in hypothesi. et enim puncta indivisibilia extensionem constituant, secundum se tota tangant se se necessum est, cum partib. careant binæ; Ergo puncta compenetrarentur, atq: sic de reliquis. Sto Lateri Quadrati æqualis foret Diagonalis; ex singulis quippe unius Lateris punctis duci poterunt Lineæ rectæ ad singula oppositi Lateris puncta; hæ autem Lineæ singulæ Diagonalem partientur in puncto indivisibili Latitudine

sit expers Linea, tot ergo erunt puncta indivisibilia in Diagonali, quot in Latere, Diagonalis proinde Equabitur Lateri. Hoc tamen absurdum est, namq: Latus ad Diagonalem, ut radix quadrata unitatis, sive ipsa unitas ad Radicem quadratam. Plura hic alia silentio presertim absurda, et difficultatib; quae a Leibnitianis, precipue Corporum extensione ex simplicibus componi Monadibus, et inextensis arbitrantibus in contrariam partem congerunturs Locus sit.

Opponunt itaque si continuum esset in infinitum divisibile, partes continerent numero infinitas, adeoq: finitum, infinito foret Equale, pars scilicet continerent totum, q: est absurdum.

Perpetua tamen hoc nobis argumenti genus obtrudi sequens evincet distinctio. Finita Magnitudo contineret magnitudinem infinitam nego, magnitudo finita infinitum partium numerum contineret, concedo. Probant itaq: adversi sententiae vindices numerum partium infinitum infinitam constituere magnitudinem. Cujusumq: domum magnitudinis sint illae partes q: probant numquam, quinimo

ostendi facili negotio potest partes numero infinitas, totti finito pares esse. Ut enim $\frac{10}{10}$ unitatis simul sumptæ non dant nisi unitatem, et $\frac{100}{100}$ $\frac{1000}{1000}$ majorem non suppeditant magnitudinem quam $\frac{10}{10}$, nimirum eamdem simul sumptæ eodem pacto restituent unitatem, etsi ingens sit innumerus descrimen, sic partes infinitæ, sed infinitesimæ simul collectæ non efficient nisi totum finitum. Claret propterea quantitate aliquam non extimandam esse tantum ex partium numero, at simul ex earumdem partium magnitudine.

Objicitur secundo statuta divisibilitate Corporis in infinitum magnitudo, quævis minima maxime equabitur, tot enim partes habet, infinitæ minime præseferent.

Hoc argumentum supposito respondetur, co nimirum quia magnitudines existimandas supponit, dumtaxat ex numero partium, et non quoque ex harumdem magnitudine. Huic ergo allata argumentatio equipollet dividitur pes in digitos 12 hic in decodecim Lineas, Linea in puncta phy. 12; Id circo Pes, Digiti, Linea phy. sunt magnitudines, equales quæ supponuntur partitæ sunt prædictæ.

52 Dices tertio continuum quis potest Deus in suas partes infinitesimas resolvi, atq: posset ipsas ab invicem separare, nisi Divinæ potentiæ limites circumscribere mens sit; id autem si fiat, datur pars ultima et divisibili, et divisibilitas continui tande exauritur, adeoq: &c.

Verum in adversarios retorqueri potest argum in Indivisibilium partium hypothesi partini illas ut potest ulterius divina potentia, quæ proinde circumscribitur ut minus, quia dicendo, deum non posse absolvere divisionem. Q. urgent ut limitari potentia Divina, q exigit indivisibile, ad discerpi ulterius nequeat, et ipsi reponomus, neq: finib: describi in nostra hypothesi divina potentia expedit namque in infinitum divisibile, ut dividi semper possit. Non igitur ad Divinam confugiant potentiam indivisibilium patronum.

Quo 2 opponunt Lepidum Zenonis argumentum, quo utebatur ad propugnanda puncta indivisibilia. Distare, ait, concipiatur a testudine segnissima rotunda velocissimus Achilles tendat utera: ad eamde plagam. Sed pus centies ocior sit altera, hoc est intra idem

tempus spatio centuplo majus absolvat. Peruenie=
te ille unam milliare, hic conficiet unam millionis
centesimam; postquam Achilles peragraverit et hanc
centesimam, superent describenda 10000. si in infi=
nitum divisibilis est extensio, impossibile erit igitur,
ut Testudinem assequatur Achilles. Duplicitter
recensito satisfieri potest sophismatum Zenonis. Ac=
chillem numquam antevertere Testudinem nega=
mus omnino, cum perfacile ostensum sit, peracto
uno milliari cum una nonagesima nona parte,
Achillem et Testudinem sibi occurrere debere. In
progressione enim Geometrica decrescente in
infinitum differentia primi et 2di termini, primi
terminus, et tota proportionalium summa, Cor.
Scholion post Undeci.mum lib. VI sunt in proportio=
ne continua. Cum enim primus terminus sit una
centesima, seu centum et decem millia, secun=
da decem millesima, differentia erit qq. —
Quaratur tertius proportionalis post nonaginta
nove decem millesimam, et unam centesimam, in=
venietur esse una nonagesima nona, quae de=
signabit omnium terminorum summam. Sc=
phisma allatum supponit seriem infinita tem=
poris et spatii in ratione centupla decre=
scentis. Tempus, et spatium, et spatium infinitum

conficere, q falsissimu esse comperitur. Idu
Argm retorquent in Zenonistas Newtonianos
si continuum inquiunt, ex indivisibilibus con-
stare nequit Testudo quoqua dabit tempus
minus, qua Achilles conficere spatiu; Nam
si Achilles uno temporis instante spatiu per-
transit indivisibile, n potest Testudo eode tem-
poris momento minus percurrere patium
equale spatiu pertransibit. Cumq: ide sem-
per de quovis alio temporis momento dicen-
du sit, semper percurrentur equalia, ab-
utroq: spatia; Proindeq: Achilles velocis-mus,
n plus conficiet spatii qua segnissima
Testudo. Q est absurdu. Sic autem divisi-
bilitatis in infinitu corroborat sententia.
Supponantur duo corpa que equali celeri-
tate sibi occurrant in plano cujus longi-
tudo quinquaginta trib: partib: indivisibi-
libus; Hec corpora numqua se se continge-
ret: aut enim se tangerent, ubi altero vi-
ginti octo partes, altero 29 scilicet percur-
risse, aut ubi utrumq: 20 partes una
secunda confecisset. Neutru vero dici
potest: na prmu est contra hypothesim,
qua dicitur equali celeritati corpa: illa

moveri: alterum repugnat hypothesi indivisibilitatis
Ergo &c.

Negerunt denique cum Duamelio toties ad absurda perduci quoties in Philosophia in infinitum quæstia protrahitur. Præterea Geometricæ demonstrationes, dum sermo est de Materiæ divisibilitate quorum spectant, quid concludunt tanta habent, ut hanc illustrent de continui in infinitum divisibilitate quæstione, ut eadem potius tenebras offundant. Mathematicus enim et Physicus diverso prorsus modo extensionem perpendunt. Puncta, Lineas, Superficies, sic illæ concipiuntur, ut una aut altera ex tribus, quas Corpus habent Sejunctam dimensionem consideret, atque admittat. Ipsum autem in Physicis prætaque qui velit Geometricæ Objectum, cum Objecto physices perturbabit omnino, atque confundet.

Respondendum ad primum cum distinctione. Quoties aliqua ad infinitum protrahitur oppinio, ad absurdum toties deducitur, sine assignanda Causa agatur concedo, absolute autem nego. Ad alterum quod spectant respondet extensionem Math.ae nullo pacto diversam esse a physica extensione, uti extensio est

Quapropter, ut in dubiu est, prima minoribus aliis, et minorib: coalescere extensionib; ita physica extensione ex minorib: componi, et minoribus in infinitu partibus, perspicuu est. Si namq: extrinsecum, aliq habetur impedimentu, hoc physice, n mentali officit designationi partiu, seu Geometrice divisioni. Dari porro in extensione corporea puncta Math Lineas, et superficies quib: in demonstrationib: recentioribus cu Newtonianis esse fumus, obscura minime erit, si cu Leibo corpus physicu n esse infinitu perpendatur. Si finitu fuerit ergo habebit veros, atq: reales terminos. Termini hii profunditate carent necessaria. Nam si profunditate gaudeverent, n terminarent corpus, sed ipsemet terminus novu foret corpus, q proinde suos haberet terminos, et sic in infinitu, q est absurdu. Datur ergo in corpore physico vera absq: profunditate superficies. Hæc superficies finita cu sit, suos habebit terminos, qui latitudine carebunt oportet, secus finib: n describerent superficies: Vere propterea habentur in corp. physico Lineæ

Ista demũ Linea suos habebit terminos necessũ est; puncta scilicet, quib: nec Longitudo nec Latitudo, nec profunditas inest. Puncta autẽ non componunt Lineam nec Linea superficiẽ nec superficies Corpus, sed cumulata: ex partib: coalescit ejusdẽ naturæ, Linea nempe ex Lineolis, ex superficieb: minoribus superficies, et Corpus ex minoribus Corporibus. Quid ergo erunt in Corpore phy: puncta, Lineæ, et superficies Geometricæ? Illud ipsum in Corpore omni sunt, figura, Motus, Pondus. Ea nimirũ ratione, qua hæ proprietates Corporis Corpus ipsum non componunt sed tantũ sunt Corporis modificationes; ita superficies Lineæ, puncta Geometrica, quin extensio componatur ex ipsis, tamquã ex partib: in extensione reperiuntur, ut modi, sive accidentia, quæ illã necessario determinant ad actionẽ finitã.

Summa alia, quæ pro continui in infinitũ divisibilitate a Peripatetica, Pharsh: Y Neutonianis afferuntur, quemadmodũ et objectorũ, quæ in divisibilitate fiunt, solutiones legi commode poterunt apud Gravesandũ in ipsius Elementis Physice-Mathematicis apud Rhoaultiũ in sua Physica, apud Moschenbruechiũ in Phys: Elementis, apud Joan: Lezl in Introductione ad veram Physicã, apud Cossiniũ in sua Phy: Generali; qui utrosq: partis

rationes accuratissime exponunt, atq: apud alios tu Veteres tu Recentiores, qui Materiæ in infinitum divisibilitate propugnant. Hinc hæc in Mente revocare sufficiat. 2mo Divisibilitate esse Corporum omnium attributum; nam divisibilitas est ea affectio, qua potest una compositi pars existere ab altera separata, id vero fieri posse certa res est, cum una cujuslibet Corporis pars altera ut existat minime indigeat. Secundo hanc de qua hic agit: materiæ divisibilitate ea esse, quæ actu obtineri queat, sed quæ mente tantum concipitur: ita ut asserere Materiam in infinitum divisibilem, perinde sit ac dicere humanam mentem non posse determinare numerum partium neq: certo stabilire divisionis Limites. Hæc enim definitione nullorum admittas

Q. n. datur majus, materiam esse divisibile in infinitum, ac infiniti data definitione, libenter concedam. Porro in tale numerum partium, qui sit omnium maximus, non posse dividi, nullumq: divisionis dari limitem defendo. Infinitum autem vero q. finitum (idest omne, cujus ma-

magnitudo quamtumvis ingens determinari possit) superat.

Quamquam actualis divisio physica tandem si stat necesse est, dee ad aliquas determinate magnitudinis, atq: figure partes pervenitu fuerit quem primo constituere debeant Corpora Elementa, physice infrangibiles esse debebunt; actualem tamen materiae partium exilitatem, et divisionem mirabilem omnino et portentosam, ex sequentis Capitis observationibus edocebimur, quae max: ponderis Argm praebent ad coroborandam materiae in infinitum divisibilitatem Geometricam.

Caput Tertium

De Mira Partium Materiae subtilitate.

Inconfesso penes omnes est, qui rerum naturam investigarunt, quamcumq: minimam Materiae particulam in ingentem partium numerum dividi posse, et correspondentes singularum tenuitas omnes omnino vulgares, quas habemus materiae divisibilitatis Ideas, atq: ipsam quoq: superet immaginationis vim. Sed ut ostendant Celeberrimi Viri duplice ineunt viam, experimentorum videlicet, et observationum. Ex utroq: Capite nonnulla ex pluribus, quae ab ipsis afferuntur seligemus, bre-

60/ Previsimeq: exibebimus.

Et quidem ad Experim.q attinet. In Vitrea Fiala Fostello instructam, quib: odori Liquori, puta vini spiritui, Nardi particulis effectus immittatur, atq: accensq Lambadi admoveatur, cum incipit effervescere copiosus vapor efficere Fostello egreditur, qui totum cubiculum diffundatur, quin Liquoris volumen sensibiliter immutatum dignoscatur. Cum supposito odore consistere in effluvijs ab odoro corpore emissis, ut prospicuus admirabili particularum odoris sensatione efficientium, numerus compeniatur, mutatiusq: determinetur divisio, qua subit minima evaporati Liquoris quantitas, sufficit eandem cum aeris volumine in cubiculo contenti cujus pavimenti quadrati Longitudo sit pedum 40 cujusq: altitudo pedum 20 comparare. Hujusmodi enim Cubiculum pedes cubicos 32000, continebit, ut ideo est cubicos pollices 55296000, vel quod eodem recidit 33554432000 Lineas cubicas. Iam vero fiat hypothesis, Liquore de quo agitur ante experimentum duas Cubicas Lineas adequare, et post

evaporationem in qualibet aeris linea cubica, in nisi 4 ipsius particulas reperiri, multo autem plures continen debet: diffusae itaq: erunt 33 cubiculi capacitate particulae 2251999256890.

proindeq: dum liquoris in hum= partium numeru divisae fuerunt, ab multo adhuc augebitur particularum numerus, si semel ad= vertamus, minima evaporati liquoris partem esse eam quae odorem constituit.

In vase satis amplo immittatur fructus Arbo= ris, Indice Quercum abrimilis, vulgo Coci= nulia, ponderis unius grani, isq: dissolvatur, deinde aqua fontana ponderis 20 librarum Pa= risiensis in vase infundatur, ita particulae istiusmodi fructus dissolventi colore efficien= tes diffundentur, ut in tota aquae volumen sensibiliter imbutum percipiatur. Ut animo assequamur, quanam subierint divisionem hu= iusmodi particulae colorem aquae inducentes, prq oculis habenda est ratio, quae inter uni= us grani pondus, et 20 librarum intercedit. Nec porro eadem est, ac illa, quae interest inter 1 et numerum 9256000: sed aqua ponderis unius grani, volumen satis sensibile prae= sefert, quod ut in singulis suis partibus aque=

Lib: franc = 1 Marche Marco = 8 Oncia Oncia = 8 Drachi Drachmo = 3 danari Danaro = 24 Grani.

coloratu apparebat, plures continebat opportet particulas colore efficientes. Iam vero si 20 dumaxat hujusmodi particulæ in eo aqueo grano statuantur diffusæ, memoratu productu accedetur in decuplu; adeoq: 512000 particulæ sensibiles in volumine, q antequa in aqua dissolverentur minusculu erat reperiendu.

Experimentis adjungi possunt ad mira materiæ subtilitate comprobandam, quæ in arte illa observantur. Inter omnia celeberrimus Vir Boyle observavit granu auri in folia deductu extendi posse ad tegenda superficiem 30 pollicu. Observatione autem certu est pollicis longitudinem 100 ad minimu visibiles partes continere. Ex prædictis si calculus instituatur ingens partiu numerus in minima illa aurigquantitate dignosci potest.

Quamvis autem ex Arg. et Auro in folia deducto mira materiæ subtilitas deprehendatur, multo tamen admirabilior videbitur, si arte illa perpendamus, qua inaurati argenti folia preparantur, quibus utuntur homines ad vestiu ornamentu-

Quarij ætate invenere Philosophi, & in arte ipsa admirarentur; præcetenij vero Boyle, & a: Messenne, Roaltius, aliiq; Cæ tamen illa ætate ac nostra ultimæ perfectionis gradu attingerit, occasione hinc habuit Dominicus Cheamus, multo majore detegendi materiæ subtilitate

Ad observ. & spectat, plures hic possunt assemi: ex celebrimis Laudatis viris aliisq: complurib: paucas tamen ex iisde seligemus. Primo ita Clariss.mus Wolfius observavit in spatio unius pulverij grani 300 ova, ex qb: orta sunt animalucula quædam piscib: similia, in quib: infinitæ propemodu partes, ubi et in grandioribus Oceani piscibus animadvertuntur. Idem refert Clariss.mus Levenoek celebrimus arcani Naturæ scrutator in suas Epistolas se observasse in acqua, in qua piper solutu fuerat tria Animalculorum genera, singula diversæ magnitudinis. Primo. Inter Animalculorum Diameter se habebat ad Diametrum animalculorum sedi ut 1 ad 10 ad vero Diametrum Animalculorum Vertiginis, ut 1 ad 1000, et tamen maxima magnitudo arenæ granulum non excedebat.

Stupenda hæc Animalculorum exiguitas pri. et se docet materiæ partium exilitatem, tu

fundamentum prebet longe alias tenuiores particulas procul dubio. Cum enim hujusmodi Animalcula sint Corpora Organica, quanta erit illarum partium subtilitas, sine quib: animales habere nequeunt functiones? Profecto in ijce Machinij, quę infinitam illustrant Creatonij industriam, reperiantur opportet Cor, Cerebrum, Musculi, Organa, aliquorum saltem sensuum, quib: omnib: vel in motum concitari queant, vel alimenta sumere, et concoquere, cumq: hujusmodi Organa ex alijs componantur partibus, quisnam potent earumde exilitatem immaginatione assequi? Et tamen pro illa fluxida discurrentia, Limphę scilicet, succi minoribus adhuc in infinitum particulis constare debent.

Pare meretur admirationem q observatum asseratur Lana, Animalculum nempe altissimum q occulis licet pertinacissimis esset invisibile microscopion tamen viginti septem millionib: vicium augente objectum grano Triticeo videbatur equale, pedes illius, etsi ob motus celeritatem numerare minime possunt, ro tamen videbatur

tenuissimis filis sericis æquales, velocissimo atq: pene incredibili motu ~~&~~ 12 temporis minuta sed vix grani tritici Longitudine confecit. Quæ igitur in hoc animalculo possunt, quæ per oculum, quæ spiritum animalem ~~quæ~~ mira subtilitas esse debet? ecce abs similia sunt, quæ Leeuwenhoekius circa alia animalcula in fluidis natantia observavit, referente Clarissimo Leil qui pariter calculum instituit super horum sanguinis particulis, atq: inde colligi arenulæ granum plures continere ex hujusmodi particulis, quæ granula arenæ continentur in 20,250 Montibus qui æquales sunt Montibus qui Pico dicitur in Insula Tenariffa positus, cujus perpendicularis altitudo trium miliarium vulgo existimatur. Apprehende si potes incredibilem pene materiæ divisibilitatem.

Caput Quartum
De Corporum Figurabilitate

Nomine Figuræ nihil aliud intelligitur, quam determinata extensio, quam habet Corpus, aut Materiæ particula, quia extensionem a materia in divisibilem esse ostendimus, hoc satis superq: foret ad demonstranda quamlibet Cor-

Corporis partes aliq: figura prædita esse
constat etiam observationibus. Ope
Microscopijs institutis. Corporum enim
partes licet simul compacte distincte
tamen a se invicem observantur. Id do-
cemur circa fluida; si enim acque in
vase igni exponatur, ita ut vapores asce-
dentes transeant per radium solarem, qui in
cubiculum obscurum immissus fuerit, tenuiqe
prehendentur figure quousq: progredi liceat
in assignanda ~~[illegible]~~ molecularum fi-
gura, ut constat. suspicantur enim nonnulli
primum corporum elementa dumtaxat simulu-
nita constituere figuram determinatam Ele-
menti, q componunt. sed q sensu dividitur
corpus ab invicem separantur minime par-
ticulæ, quæ ante divisionem erant figura-
ta.

Prout fane videtur, eadem proportione, qua Cor-
porum soliditas minuitur, dum in partes divi-
duntur, eadem decrescere superficiem, sive Cor-
pora majora eo amplius habere superficiem
pro minoribus, quo majorem habent solidi-
tatem, sed rem secus se habere attente,
et accurate perpendenti patebit. sit Cubus

cujus superficies 6 pellicu quadratorum dividatur in sua partes aequales utraq: semissis dimidium fere respectu totius habebit soliditatis. si in eade rationes decrescerent superficies trium pellicu Quadratorum foret superficierum summa in singula semissi. atque invenitur quatuor pellicu Ergo majore pro sua soliditate habet semissis cubi superficiem quam totus cubus ad suam. Ratio evidens est dividendo namque corpora, superficies partium quae antea latebant conspicue fiunt.

Dominus Pitot omnium primus in actis Academiae Regiae Scientiarum Parisiensis, determinabit proportionem inter superficiem corporum, et soliditatem tametsi jam antea Galilaeus in Dialogo primo Dom: III. suorum Operum de hoc superficierum incremento vel decremento habita soliditatis rationem disseruerit. Quoniam vero ad plurima rerum quae in physicis pertractari solent, intelligentiam vel max: conferat nosse, quae nam intercedat proportio inter corporum soliditates, et superficies, sequens demonstrandum est Theorema.

In omnibus solidis similibus, diversae magnitudinis, superficies solidi minoris, majorem habet

ratione ad suam soliditatem, quae superficies Majori ad suam; superficies autem sunt in inversa laterum homologorum ratione.

Sint duo Parallelipeda similia diversae magnitudinis, tria latera majoris dicantur a, b, c, latera minoris $\frac{a}{n}$, $\frac{b}{n}$ $\frac{c}{n}$. Basis primi sit ab, secundi erit $\frac{ab}{nn}$. Altitudo primi erit c, secundi $\frac{c}{n}$. Ex Geometria superficies solidorum habentur multiplicando bis singula basis latera per altitudinem, et huic producto addendo bis Basis. Itaq: superficies primi erit 2ac+2bc+2ab; superficies sec. $\frac{2ac+2bc+2ab}{nn}$. Eadem Geometria edocemur majoris soliditatem esse abc, minoris $\frac{abc}{n^3}$. Ratio, quae inter corporis majoris soliditatem, et ipsius superficiem intercedit, obtinebitur, sic hae et illae elividatur. Prioris itaq: erit $\frac{2ac+2bc+2ab}{abc}$, minoris $\frac{2acn+2bcn+2abn}{abc}$ ut patet fractionum Doctrina. Quamobrem si communis denominatio utrinq: deleatur, tunc rationes quae superficies obtinent ad sua solida erunt inter se ut 2ac+2bc+2ab ad 2acn+2bcn+2abn. Id. prima quantitas est minor secunda, et exprimit rationem superficiei ad prioris solidi tatem

In solido ergo majori, superficies ad sua soliditatem minorem habet rationem, quam superficies minoris ad suam. Eadem demonstratio si ~~fiera~~ ~~ped~~ numeris explicetur, definiendo scilicet magnitudinem trium laterum utriusq: parallelepipedi, clarius adhuc innotescet. Quod erat primum.

Ita est, $pacnpabnpbc : pacnpabnpben :: \frac{a}{n} : a$, seu $:: \frac{c}{n} : c$, seu $:: \frac{b}{n} : b$. Productum enim extremorum æquale est producto mediorum. Superficies ergo Majoris parallelepipedi relate ad sua soliditatem ita se habet ad superficiem minoris habita pariter sua soliditatis ratione, ut quodlibet latus minoris ad vis majoris latus nimirum rationes superficierum ad soliditates sunt reciprocæ ut Lat. homologa, q. erat alterum.

Hinc ratio colligitur qua dato partium numero in quas partitur corpus, superficierum incrementum determinare possumus, si enim radix cubica a partium numero educatur illa incrementum exibebit. Ita si in 8 partes dividatur corpus, superficies in duplum augebitur, habita semper soliditatis ratione. Liquide numerus 8 est

Radix Cubica 8, si in 1000 dividatur in decuplu augebitur ratio superficierum ut patet ex demonstratis. Sint duo Cubi quorum unus sit unius, alter vero 8 pollicum minoris superficies habita soliditatis rationem est ad superficie ellajoris reciproce, ut sunt Latera homologa, seu ut Radix Cubica numeri 8 ad Radice Cubica unu, scilicet ut duo ad unu. Quod ut clarius intelligatur, materialiter ostendendum puto.

Concipiamus Animo ellajore Cubu in 8 aequales minores Cubos divisum. Latus quodlibet majoris erit duo pollicu, quemlibet vero ipsius superficies erit 4 pollicu quadratorum; ac proinde tota superficies, cu sex facies contineat, erit 24 pollicu Quadratorum. Superficies vero cujuslibet ex 8 Cubis minoribus, in quos major divisus concipitur erit 6 pollicu quadratorum; q. libet enim Latus est unius pollicis, sexq: superficies numerantur. Cu autem 8 habeantur aequales minores Cubi si 6 in 8 multiplicetur, numerum pollicu quadratorum exibente omnium

Cuborum simul sumptorum superficie habebimus, qui erit 48. Quare superficies omnium minorum sunt ad majoris superficie ut 48 : 24, seu :: 2 : 1 idest Radix Cubica partium inaequalium totum dividum supponitur. Idem intelligatur de alia quavis divisione.

Doctrina hanc plurimum utilitatis rebus Physicis conferre innuimus. Hesiquidem vera hac inde consecentur. Imo Lucrum majore experientiae vis pressione quam adultum. Ito insecta minora majore impendere debere vim ad volandum quam majora. Ito. Globos Plumbeos, vel Ferreos minoris Diametri a Tormentis Bellicis explosos majore invenire resistentiam, quam si essent majoris. Ito. Navem minorem in eodem flumine pro majori et simili majore experiri resistentiam. Ito. Tandem intelligimus, in quot partes dividi debeat Corpus determinati ponderis, ut ab aere attollatur; ideoque facile comprehendimus quare possit ventus tanta arenae copiam sursum attollere, quae sin una massa collecta fuerit, minime movebit.

Caput Quintum
De Soliditate

Soliditas dicitur ea Corporum proprietas, qua aliis undequaq: prementibus resistunt, et quamdiu aliquem occupant Locum, omnia alia Corpora inde arcent, et prehent. Cartheſiani Peripateticos secuti impenetrabilitate vocant. Hinc experientia constat esse Caracterem cæteris minus fallacem adde-terminandam Corporum existentiam; si namq: forte contingat, ut visus nos fallat, tactu certiores dimur, an Phantasma sit, nec ne, id, de quo dubitamus.

Distinguendo probe est duritiem a solliditate, duritiem est firma partium connectio; solliditas est penetrabilitatis repugnantia. Corpora omnia sive dura sint, sive mollia, sive fluida; solida sunt, at vicissim omnia Corpora solida, sunt dura. Duritiem suscipit majus, vel minus, vnde solliditas. Vulgus solliditate Corporibus denis facile concedit, sed vnde quæ facile fluidis, et præcipue aeri, idq: duplici ex Causa, tum quia æqualiter undequaq: et perpetuo premimur ab hoc Element, unde fit, ejusdem contactu, et impressionem adeo nobis esse familiarem, ut attentione opus sit ad utrumq: cono-

conoscendum. Si ad momentum temporis extra atmosferam vivere liceret, iterum ingressuris, eque sensibilis foret aeris resistentia, hac reliquorum fluidorum. Altera ratio, cur quorumda fluidorum soliditatem vix sensiamus, est partium earumde exiguitas, cum max: mobilitate conjuncta, ita ut minime cedant conatui. Ceterum aeris soliditas sequentibus chanicis Wollet Experimentis ita demonstratur, ut a nemine sane mentis possit in dubium revocari. De isce experimentis oretenus (Fig: 8, 6, 7.) Adeo quisque deeo sunt, ut eos etiam, ut fugiant, qui operam numquam isce disciplinis dedere. Animadvertendum autem est ab exper: ut inferre corporum absolutam soliditatem.

In Idea extensionis non contineri soliditatis Idea sed ex Idea resistentiae deduci patet ex eo q: si quis numquam corpus tetigisset, ei eque de soliditas ignota esset; Extensionis tamen conceptum habere, itidem ubi corpus concavo speculo ad juxta objicitur distantia, pendulum inerere ante speculum immagine videt spectator vividissimis tinctam coloribus, ac verum exibens corpus. Videtur profecto nullam habituram soliditatis Ideam.

qui nihil prȝter talia Idola perspexerit,
Idem tamen extensionis habituru.

HooKius experimento quodam sibi visu est demonstrasse impenetrabilitatem essentialem non esse Corporib: Misceantur, inquit, simul acqua communis, et Oleum Vitriolicum hanc Mixtione notabilis excitetur ebullitio, vasq: eo calefit, ut digiti vix ferre colorem possit. Durante hac effervescentia exalat a mixtura magna vapore, et aeris Copia, volumenq: sensibiliter minuitur. Auksbeus exacte exploratis pondere duorum Liquorum et ante et post mixtionem exacta ebullitione deprehendi ferme nihil imminutu pondus, vel saltem in ea proportione, quę respondent Solemnius determinato. Imo ad tres, quatuor orbe dies volumen perseverari, quin ullum ponderis decrementum notari posset. Quo posito HooKius maluit inde concludere quędam Corpora se invicem penetrare, quam eniti in inquirenda hujusce phenomeni Machina explicatione. Quantum a Philosophis Legib: abheraverit in deducenda hac conclusione, nemo non videt. En quomodo

ad fieri poterunt salva corporum impenetrabilitate.

Particulas fluidorum alis minorib: componi, ita ut nullo modo habeantur loci inter particulas compositas, sed alii minores in particulis componentibus, alibi videbimus. Sequitur hinc duo fluida, vel fluidum, vel solidum posse commisceri, quin voluminis incrementum exactae respondeant spatiis, quae ante commixtionem occupabant, si nempe unius particulae facile in porros alterius vel primi, vel sed ordinis adhibitum inveniat.

Ideo observavit Galilaeus corpus amittere posse parte sui ponderis precise, ex eo quod in suis pori admittat fluidum levius illo, a quo circumdatur, et pondus emissum fere aequali vi illi, qua conatur fluidum levius ascendere, et consequenter hoc corpus majus pondus praeferre debere, si ab ejus pori fluidum excludatur aere levius. Oleum vitrioli igni scatere nullatenus asserit Celeb. Lemery. Sed et pondus nimium quae particulae olei magnitudine vim suam exerere nequit ignis in ipso delitescens. Contra Salsuginem acquae ut pote levioris haeret, et vilium molis, facilime agitantur, inde effervescentia

ebullitio exalatio aeque Olei, ignis, et aeris rarefacti in poris Olei accensus ob eiusdem ignis exclusionem, origine habet. Exq: patet, q: ~~m~~ immerito cæteris paribus confugerit Chari ~~vel~~ Vir ad penetrationem partium materiæ contra quam pugnat ratio, et experientia, ut explicaret hoc Phenomenon. Nis, et discrimine inter Realem, et apparentem corporum magnitudinem permensis facile quoq: erit, et repellere, et explicare nonnulla alia in contrarium experimenta petita ex spongia in aqua immersa, et ex Vase cinere, vel Arena repleto in q vini spiritus, vel ~~v~~ modica immittitur aqueq copia.

Caput Sextum.

De Corporum Inertia, et Mobilitate

Consulto soliditati inertiam adnecto, quia quæ de Inertia demonstrari hoc loco solent, soliditati convenire arbitrantur nonnulli, si no inertia ~~v~~ illa intelligatur passiva Indifferentia ad motum, vel quietem, quæ nihil est in Corpore positivum, sed illa Resistentia quam Corpora sive quiescentia, sive in motu

posita alij corporib: incurrentibus opponunt.
Principio resistentiæ motus in corporib: dicitur, vis
Inertiæ, sive Passiva dici solet vis Inertiæ, qua
eam corpus quasi sese ad motu efficitur,
ut excitatione indigeat ubi movere debet. Et
Wolfius: minus opposite tamen ipsum locutum
esse ex Newtono constat. Et enim exercitium
vis Inertiæ sub diversorum respectu et resistentia,
et impetus: Resistentia quatenus corpus ad
conservandum statu suum reluctatur vi impres-
sa: impetus quatenus corpus idem vi resis-
tentis obstaculi difficiliter cedendo conatur
statu ejus mutare. Hinc recte definiri po-
tent vis Inertiæ cum eodem Newtono ea
vim qua corpus vel quiescens, vel motum per-
severare nititur in suo statu vel quiescendi
vel movendi uniformiter indirecte.
Inertiæ vim a corporib: auferit Malebranchius
ut videre est in Lib: 6 de Inquirenda veritate
Cap: 9. Allerius, et de Mulieres; ch: illam
probavit, licet subinde cum corporum quiete
confundere videatur. Leibnitius non solum
Materiæ, sed et suis Elementis vim inertiæ tri-
buit, eaq: subhata leges motus Geometriæ
adversantes statuit opportere, pronuntiavit

in hoc se errore aliquandiu versatu ingenue fatetur. Reliqui demu Kharkius, Travsandus, Moschembruechius, aliq; qui tamen ab Auctore notarunt ad Physica et Moschenbruechij reprehendunturr, utpote qui paulatu obscure, atq: implicite Locuti sunt. Momenta, qb: periti recentiores universaliter Corporu Attributu esse contendunt hanc inertiq vim, ferme hæc sunt. In sphera Plumbea A pondere unius libræ a filo pendentem, sibiq: libere relictam altera similis B impingat ꝗ velocitatis gradibus, si sphera A nullo opponeret occurrenti resistentia, sane post ictu ambæ moverentur ꝗ motus gradibus. atqui Exper: docet nullo modo parte motus sphere B, temp: ictus transire in A, sed pretereа B amittere tanta velocitatem, quanta fertur A. Corpus igitur quietu reципsa obnititur vi conanti ea quiete deturbare. Preterea si pondus Globi A loco unius sit 30 vel 20 librarum, B in ipsu incurrens eodem quo antea impetu, eademq: Massa ad multo minore, quam antea a perpendiculari

distantia promovet. Quare dum Corpus in motu
cietur superandum est, & longe majus pura mo-
tus privatione.

Facile quidem est et obvium sic in contrarium arguere.
Certum est Globum filo suspensum se componere ad
perpendicularem, sive ad locum omnium infimum.
Igitur si Corpus hoc cogatur tale locum im-
mutare, quaecunque parte versus urgeatur, lo-
cum sublimiorem obtinebit. Vincenda ergo est
gravitas, quae conatur Globum detinere in loco
in quo est. Vis itaque inertiae nullo pacto a
gravitate est distinguenda.

Sed si attente perpendatur globorum resistentiam
esse quantitati materiae proportionalem dum
pondus tempore nullum est ob reactionem fi-
lia quo pendet, vel etiam nullum est dum
globus movetur, si filum satis longum sit, et
discrepat arcus minimus, merito concluditur
hosce duos vires confundi inter sese debere.
Resistentiam ex pondere tum tantumodo —
exercere vim suam, cum Globus adducitur
extra perpendiculum, patet ex eo quod si digi-
tis sensim removeatur a perpendiculari,
digiti quoque paulatim sentiant crescere
pondus, si vero adducatur ad perpendicu-

etiaſi in proportione deſcreſceret, ita ut tandem omnino evaneſcat.

Ergo rea, nſne quotidie experimur Corpora que horizontaliter moventur in fluidis, eque ab iſce resiſtentia pati, ac a ſolidis. Quod gravitati medi adſcribi nullomodo poteſt, cu hujuſ partes ſint in equilibrio. Tenacitate, ſive partiu adherentiu locu hic nſ habere, patet ex eo, q ut partiu hearumde attenuatione minuitur, eadem ſemper perſeveret resiſtentia. Experimte ſe eſſe teſtatur Newtonus pendula in diverſis liquoribus ferme hejuſdem denſitatis oſcillantia, eamde quasi resiſtentia pati, e contra resiſtentia in liquoribus diverſe denſitatis, denſitati eſſe proportionalem. Quin immo ab eodem Clariſmo Viro notandu eſt acqua ferventé eque ac proxima congelationi eumde producere effectum.

Quu plura ſi nſ minus que moventur, quaque quieſcunt protendunt hanc rem dubiu amplius nſ licebit utru admittenda ſit, neqe alia confundenda. Si ab edito loco demittantur uncus poſt aliu plures globi eiuſdem

Diametri, sed diversæ substantiæ, puta ex papyro, ligno, marmore, et plumbo, eosq: manus quilibet libere relinquentur manu singulis idem communicetur velocitatis gradus; manus tamen patientur ab omnib: resistentiam, sed majorem a plumbo, quam a marmore, et sic deinceps: licet manus urgeat hæc corp: juxta gravitatis directionem; ideo nihilominus resistent quia major motus gradus induitur, quam qui oritur momento ex gravitate. Hujus itaq: resistentiæ causa esse nequeat pondus, quo a natura gravia deorsum ferentur, petenda erit a Massa, quam et manus cogit majori descendere velocitati. Quam autem ipsi sibi hujusmodi inertiæ virtus, in quo consistat, non immoramur. Supervacaneum tamen duco virtutem aliquam et novam Entitatem ab ipsa corporum subst: distinctam adstruere, quam corporum inertiam appellemus.

Hæc inertiæ vis causa est. Imo ut si carpentum in quo duo sedent juxta duos, vel improviso cursu rapiatur vel sistatur repente sedentes moveantur in partes contrarias; sic ut si vas quiescens acqua plenum ad unam partem trahatur violentem, a qua ad-

opposita parte aliquat, ab effluat. Ita ut
licet ellondi detraheretur gravitas, etque=
libet alia resistentia causa, nihilominus lon=
ge difficilius moveri de loco ad locum posset,
qua arena granolei, unice ob majorem ma=
teriæ quantitatem in ~~ima~~ uno, quam in alter.
Eruditus Notarum Auctor in Elem. Physices Mus=
chenbruechij hæc tria inter se vix debere
distinguii, animadvertit, inertiam nempe,
indiferentiam, reactionem, q. sic clare
exponit. Materia ita a Natura est compa=
rata, et nullum ex semetipsa valeat status
sui mutationem inducere, unde in statu
suo perseverabit, precisa omni externa
causa in ipsa agente, atq: hæc materiæ
affectio inertia, seu nulla vis dici potest.
Ido Nihilominus omni mutationi ex=
cipiendæ apta est, et reipsa omnem recipit,
quæ ab externa causa inducitur. Hanc
Materiæ conditionem in indiferentiam
optime dixeris. Ito in omni mutatio=
ne, quæ inducitur ellateria, quanta
est actio externæ causæ, tanta eidem res=
pondere deprehenditur reagendi vis, ita ut
quæ motus quantitate impactu Corpus

recipit, eamdemq: impellenti tribuat ad partes con=
trarias, velq: ide est in impellente perimat. ab hac
reagendi vi, vel ab inertia, vel indiferentia pendet
Phenomenon, de quib: sermo actenus fuit, atq: pro=
portionalis non quidem quantitati illabenti, sed
magnitudini ictus, cui proiectus quantitate illa
augeri, vel minui certum sit.

Quod ad mobilitatem pertinet a motu actuali dis=
tinguenda hic est, cum omnia omnino corpora
et mobilia concipiantur; non vero omnia actu
moveantur. Mobilitas a nonnullis dispositionib:
pendet, quæ non eedem sunt in corporibus omnib:,
et in causa est, cur quædam corpora majori,
quam alia mobilitati sint prædita; hoc est mi=
nor requiratur vis, ut quæda quiescentia
corpora in motu ciantur. Primaria autem
existunt dispositionibus sunt figura, ademptio
scabritiei in superficiem, et materiæ quantitas,
quæ sub corporis volumine et moveri de=
bet continetur. Abristradentis, quæ habent
de Mobilitate Philosophi, temperandum in præ=
sentiarum accutumant. Passim namque in
agendis de eisdem instituendus erit nobis ser=
mo.

Sexio Tertia

De Universalibus, Accidentalibus Corporum Proprietatibus.

Fusius fortasse pro Instituto nostro illas Corporum proprietates sumus persequi, quæ vel ipso, Physices limine monuimus, universales, essentiales distinctionis gratia appellari solent: Ordo nunc postulat, ut de iis Corporum affectionibus sermone instituamus, quæ Universales, Accidentales nuncupantur; id q̃ in omnibus Corporibus minime reperiantur, sed q̃ iisdem per abstractionem ablatis Corporis conceptus nequaquam destruitur. Inter has numerantur potissimum Porositas, Compressibilitas, Elasticitas, et Gravitas. qb. mectum Corporum Abstractione admumerant Nectoniani sit itaque.

Capitulum

De Corporum Porositate

Pororum nom. intelligunter Intervalla, Meatus, Cavitates sensibiles, vel insensibiles, quæ passim occurrunt in Corporibus,

sive Fluidis, sive Duris, sive Mollibus, porros omnes ex coagmentatione minimorum Corpusculorum, vix in dubium revocari potest; ea enim ob multiplicem Figurae varietatem vix ita jungi possunt, ut omnino inter se perfecte correnta adesse autem reveras Porros in Corporibus, Observationes, et Phenomena Locuentissime ostendunt.

Capiatur tenuissima Auri, vel alterius Metalli Bractea, eaq: Vitro imposita Microscopio observetur, unde-unde occurrent Meatus. Id continget, si ope acutissimae moveculae ex durioni Ligno excissae Taeniae, quis contemplatur, id ipsum suadetur sequenti Ratiocinio. Ca Corpora sint impenetrabilia, inde sequitur, nec in minus spatium posse redigi sine pori, nec posse pervadi ab alijs Corporibus, quin horum moles augeatur. atq: multa Corpora si comprimantur ad spatium reapse minus redigentur, et quin comprimantur, ope frigoris presertim artificialis contrahuntur, ita, ut nihil ponderis admittant; nec aequa quidem exceptas, quae nullis finitis viribus actenus adhibitis, saltem sensibile compressibilitatis nota exiguit. Hanc in rem ani-

animadvertere juvat, ideo frigore condensari corpora, q̃ singulæ horũ partes solidè seorsim comprimantur; nã si ideo condensarentur, q̃ aliæ particulæ ad alias accederent, eo quia ab se invicẽ antea distaret, q̃ ni maximis viribus in minus compingi possit spatium. Ex quo officitur, solidità corporũ particulas ex alis minorib. coalescere, ñ vera esse corpuscula primaria.

Hæmomenorũ porrò tantũ est numerus, ut dici ante deficiet, quã recensẽri possit argum.to q̃ afferunt nonnulli, petitũ abigne libere, et quaq: versum pervadente omnia corpora, ineptũ judicant alii; cũ enim calore augetur corporũ moles, facile est reponere, ignẽ ñ invenire meatus in corpore, sed eosdẽ sibi aperire. Quã obrem ea afferamus experimenta, quibus nullũ est moli corporũ incrementũ.

Imo est Accademicorũ Florentinorũ, qui cũ Malzo diu percussissent sphæram argenteam acqua exacte plenã factũ est, ut acqua, tamquã sudor ex humano corpore, extillaret. Sed Mercurius sponte penetrat in omnia

Metalla, preterquam ferrum, adhuc aliter quam
acqua spongia. Ito propagatio Lucis per Acqua
Vitrum, Adamantem, Lenes omnium Lapidum
pretiosorum, quorum immo ipsamet Corpora
Opaca si attente Microscopio observentur,
vel objiciantur radio in obscurum cubiculum intro
misso, veritate asserti sub oculos ponit. Ito idem
ex Arborum nutritione colligitur & intelligi
profecto nequit, quin anfractus fluves succo e
radicibus ascendenti transitum permittat. Ito
Bataui ope Lapideorum mortariorum acqua que
Lutum sapit adeo purgat, ut percoltata acqua
Fontana emuletur.

Porros autem proximos corporum in genere sola Vesa
specifice gravitatis causa, sed verisimile putat
nonnulli, id oriri ex primitivis Corpusculis,
quorum alia aliis sint densiora nullo inter=
jecto Vacuo.

Exactenus rationib: atq: exp: invicte demonstrata
pororum existentia phenomenorum sequitur phenomenorum
solutio. Quod inter si admoveatur
Tubo Vitreo pellis Bubbula, quae intra Tu=
bum Mach & Pneumatica aliquantulum desce=
dat, ubi in efformata cavitate Idraulicum
ponatur post unam vel alteram exantlation

Hanc attractionis doctrinam Newtonus cæteraque alijs dutaxat nostrorum temporum philosophis fabulosus constat. Corporum enim mutuum in se invicem gravitationem tonice, et Italice secta assequi perspecta fuisse probat Sacro Gregorij in Astronomia Sua Praefatione. Democrito quoq: Epicuro alijsq: Athomistis ea probata fuisse ex Lucretio colligitur. Hippocrates etiam propensionem quandam qua corpora in se mutuo ferunturv philosophiæ tamquam fundamentum statuunt, a qua nec deinde in suis commentarijs quoq: abhorruit Galenus, quemadmodum Jacobus Keill demonstrat. Idem Keill adjectis testimonijs ostendit a vi attractiva repetere Hippocrates 1° animalium et stirpium generationem nutritionemq: 2° Pharmacorum vires. 3°

3.º Non solu Hypocrete voluisse attractio=
ne esse universale materiæ affectione sed
etiã quasdã particulas a quib: portius,
quã ab alij attrhai: Bacco de Verola=
mio in Opere q̃ novũ Scientiarũ Organũ
inscripsit, virtute Magnetica dari suspicatus
inter Tellurẽ et Terrestria Corp, inter Lu=
nã et Oceanũ et inter ipsos Planetas sed
ipsũ sensit Keplerus, inquiens: Sicuti Sol
trhai Planetas sic Terra trhait Corpora,
obque tractũ Corp dicuntur Travia:
Galileus demum ratione reddit cur scu=
tula Lamina ex Metallo aliave materia, quę
acqua sit specifice gravior, etsi intra acqua
demergatur quo ad sua crassitie. N tamen
ad Vasis fundũ descendit ad aeris conticui
attractione recurrit. Dicta autẽ est attra=
ctio Newtoniana quia et si ejusdẽ Vesti=
gia apud Pha Philosoph occurrat nul=
lus tamen fuit ex iisdem qui illã aut
accuratius illustrarit aut in explican=
dis Phenomenis adhibuerit frequentius.

Propositio

Attractio universalis nullo solido
a Newtonianis probatur Argum:

134 Propositi perspicuitas constabit ex argumentorum solutione, quæ Newtoni unde unde ad sua stabilienda propugnantamq: sententia advocant.

Objiciunt primo. si fluida attrahant fluida, et solida, itemq: a fluidis et solidis attrahantur; si solida attrahant tum fluida tum solida item ab iis attrahantur, admittenda est universalis attractio; Atqui ita se res habet. Ergo &c. Major certa est; Corpora enim ingula vel solida sunt, vel fluida. Probatur Minor; Primo fluidi cujuscumq: guttæ si vel se leviter contingat, vel minima sit inter illas distantia, in unam coeunt crassiorem, tuta, et rotunda affectat configuratione, Id q: in metallis etiam liquescentibus deprehenditur. Sta etiam aer absorbetur a reliquis fluidis, a qb: n nisi magna vi separari potest. Id Mercurius, auro, et stanno; acqua et oleum ligno vitroq: adherent. Quin etiam si solidum intra fluidum demergatur, et paulatim deinde extrahatur ex eodem fluido, fluidum ipsum sursum assurgere conspicitur, et firmo corpori adherere; fluida igitur attrahunt solida, atq: mutuo a solidis

attrahuntur. Ito Vulgus ipsum non ignorat ferrum a Magnete trahi; Ergo Solida &c.

Respondeo ad primum, adhesione illa guttularum ab attractione haud repeti posse si perpendatur majorem esse debere attractionem in guttulas, et planum cui ipsæ insistunt, quam inter guttulas invicem, si juxta Legem Newtonianam philosophemur; Et enim major contactus inter guttulam, et planum subjectum, quam inter guttulas invicem. Ad cujus exemplum dico ipsum ex vi attractionis a fluidis non absorberi, sed in fluidorum poros ex proprio pondere aut Elaterio se se insinuare.

Ad secundum cur Mercurius auro, et stanno acqua, et oleo vitro facile adhereat nondum exploratum est, sicuti nec constat, quare Mercurius ipse ferro non adhereat: quin etiam si globus aut Lamina vitra sevo vel Oleo liniatur acque partes a Globi vel Lamine contactu refugiunt, ut circa Globi superficie Circulari veluti fovea, et inter Lamina vitrea et superficie contiguam acque rivula quædam perspicua sit. Ad circo ex hujusmodi exemplo non attractio solum, verum etiam repulsio insum potest.

adeoq: &c. Ad signi exemplum intra aqua demersi et extracti respondetur tale aquæ adhesione ad partes solidi aut quaqua repeti ab attractione possunt juxta legem Newtonianam debeat aqua ipsa deorsum attrahi a tellure, in qua major est materiæ quantitas, quam in solido laudato. Ab alia ergo causa repetendum erit phenomenon illud.

Ad 3tium de Magnete, eadem aptari potest responsio; de attractione enim Magnetis fusior alibi sermo erit.

Objicies 4do. Sint duo specula vitrea, vel marmorea, aut etiam metallica vel signea, quæ plana, et unita sint: hæc ubi sibi mutuo imponantur, ita valide adherent ut frustra sit laborantem, qui illa iterum a se removere elevando nitetur: at effectus hujusmodi undenam repeti potest, nisi ab attractione?

Resp: Effectum hujusmodi ut infra constabitur ab attractione sed ab aeris pressione esse derivandum, Idq: potissimum ex eo liquet, quod si plana ipsa intra excipulum Machinæ Pneumaticæ collocentur, et aer extrahatur,

facile ab invicem separantur. Si vero urgeat Adversarij adhuc extracto aere sibi mutuo adherere plana illa, uti Rugenio, aliisque compluribus contigisse ferunt; sic respondetur, adesionem illam repetenda esse ex aeris portione intra Machinam superstite, na quantumvis max. adhibeatur diligentia in aeris exantlatione res eo adduci nequeat potest, ut omnis excludatur aer, quemadmodum Schottus testatur, idq: eo magis confirmatur, q: posito intra Machina tubo acqua pleno, spumescit ipsa acqua, q: quidem sine aere contingere non posse certissimum est. concussa autem vel leviter Machina separantur planum, quia scilicet aer residuus, etiam si valeat sustentare plana, cum in equilibrio sunt non potest id ipsum praestare sublato equilibrio ex Machinae agitatione. At vero si ab attractione provenniret hac planorum adhesio, quantumvis agitaretur Mach. separatio nunq: contingeret, ea quippe remaneret semper vi attracta.

Obiciet 10. Sint duo plana petitq: vitri lamina, quae ita constituantur, ut earum una

jaceat Orizonti parallella, altera autē
ei ita superimponatur ut ipsius extremitas
cū alterius extremitate minutissime coinci=
ciat angulū deinde super lamina Ori=
zontali statuatur gutta, sive Olei, sive
Aequæ, sive alterius cujusq: liquidi gutta ipsa
continuo illā in parte movēri incipiet,
quæ lamine se contingunt, motuque
accelerato semi conspicietur, usq: dū
ad vitrorū contactū devenerit. Qui
dū gutta movetur vitrorū extremitas
illa, quæ se se tangunt aliquandolū
elevetur intra vitra, sursū repet gutta,
etsi in tanta velocitate, datur ergo attra=
ctio in contactu max: in aliis distantiis,
decrescens juxta legē superius memora=
ta. Ergo &c.

Resp. Q juxta Neuto: princip: nequit gutta illa
ad laminarū angul: confugere: Nā pri=
ter attractionē Telluris relative ad gut
tā habemur insuper vis contactus quæ
gutta ipsa secū portiorē sui partē
lamine orizontali constitutæ adherent,
eaq: vis juxta Neuti calculū excedit
vim gravitatis, ut ad illā sit, ut

200000000000000000 : 1. Quæ profecto vis sufficiens esse debet ad quietem coercendam, nec ad Lamindrum conjunxionem confugiat.

Ut vero omnia solvantur argumenta, quæ a Newtonianis adduci solet est generaliter respondendum. Ex quorumdam corporum attractione universale in omnib. partibus infinitesimis secus pari jure universale repulsionem nobis colligere liceret, eo q. nonnulla videamus corpora quæ se mutuo repellunt. Quemadmodum igitur ex hoc repulsione universali non infertur repulsio, ita ex aliquorum corporum attractione universali in singulis materiæ particulis infinitis nequit attractio.

Et si valido quo probetur argumento penitus destruatur attractio; neq. tamen valido arg. oppugnari posse auctumant nonnemines propterea nimirum quia non universale attractionem sed peculiarem dumtaxat phenomenorum explicationem impetunt varia, quæ in hanc rem congerere solet momenta Newtoniane Doctrinæ oppugnatores.

Et nullimodo hi audiendi sunt, qui Newtonem criminantur, quasi occultas hujusmodi qualitates sua attractione restaurarit. Audia-

audiamus itaq: Newtonem ipsum ita disse-
rendo affirmare singulas rerum species,
specificis preditas esse qualitatibus occul-
tis, & quas he vim certa in agendo ha-
beant certosq: effectus manifestos produ-
cat, hoc ubiq: est nihil dicere. At ex phe-
nomenis Naturæ duo vel tria derivare mo-
tus principia, et deinde explicare quem-
admodum proprietates, et actiones rerum
corporearum omnium ex principiis ipsis ma-
nifeste consequantur, id vero magis es-
set factus in philosophia progressus, e-
tiasi principiorum istorum causæ nondum
essent cognitæ.

Tametsi ergo facile non concedamus in illorum
sententia qui partim studio vehemen-
tius quam par sit excitati eo addocen-
tur, ut evidentia intuitiva de attra-
ctionis vi habere se credat. Non inde
tamen hii sumus qui illa absurda,
ac repugnante credamus. Cum ergo
supponere in naturalium effectuum ex-
planatione non importunum erit

Sexio Quarta
Tractatus Physico-Matematicus
De Motu

Prolegomena

Si quid est in rerum natura q̃ a philos: maximi inquiri accurateq: pertractari debeat, id profecto sapientiæ omnium judicium est mecanica seu scientia motus; cum non minus intitum quam verum sit illud Aristotelis: Ignorato motu, naturam quoque ignoravi: porro antequam ad rem veniamus nonnulla juverit prendere de motu loco, et tempore generatim variasq: obiter perpendere opiniones de ejus natura causa et comunicationes.

Plurimi veterum philosophorum dicuntur rea pse existentia motus negasse quos inter teste Aristotele Parmenides Melissus, Zenophanes, Zeno, Diodorus quidam et Eretici omnes; licet Cousinus id tantum in specie illorum sententias preseferre accutumet. Quidquid sit: Diodori Cronii illud erat argumentum contra Motum: Vel Corpus movetur in loco in quo est, vel in quo N est: Non primum, manet

ent ex hypothesi in loco in quo est; non
alterum in eo quippe nondum est: Ergo Cor-
pus immobile est: Ast prima etiam from
te patet hoc sophisma imperfecta la
borare enumeratione; Utrique enim
ad motum requiritur locus, qui nem
pe relinquitur tamquam terminus, a
quo incipit motus, et qui acquiritur
tamquam terminus ad quem tendit. Ge=
terum illius sophisy, qui nulla ipsemet
Diodorus cum Erophilum Medicum arcessivit
ut sibi luxatum humerum restitueret.
Erophilus enim cum Diod.i arg.o proba=
vit brachium luxari potuisse: inqui
ens, aut brachium luxatum est in loco
in quo erat, aut in quo non erat: neu=
trum dici potest ergo luxatum non est, q.d
audiens Diodorus Medicum rogavit, ut
immitis campis manum operi admo=
ven. Deliquerum vero motum impugnan=
tium ~~admovendo~~ argumenta solvebat Diogenes deam
bulando, atq: tali pacto ea solvendu
suht.

Quemadmodum spatium, et tempus, ita lo=
cus duplex est alius absolutus rela=

tivus alter. Locus absolutus est illa spatii immobilis pars, quae a Corpore occupatur. Relativus est situs Corporis adita alioru ratione. Cartesius Locum dividit in internum, et externum. Internum accipiunt idem esse ac Corpus, externum vero superficiem ambientem, seu potius terminum inter superficiem Corporis, et superficiem ambientis. Plura incommoda, quae secuntur ex hac definitione fusius enumerat fortunatus a Brixia, ipsi hoc unum afferemus ex Leomed. desumptum, Sphaera nempe cylindro inscripta superficiem habet aequalem superficiei cylindri demptis basibus. Erit ergo Locus internus sive solidat, aequalis, quod falsum est. Sphaera enim est ad Cylindrum in ratione subsesquialtera lateralem. Et contra duo Cylindri vel duo Prismata super eadem basi, et altitudine aequalia soliditati sunt; Ergo et Laterum aequalem habebunt superficiem, et basis quod est absurdum.

Locus relativus idem esse potest quamvis absolutus sit diversus. Latet attendendo ad hominem in Navi sedentem quae actu movetur. Et contra alia Corpora in eodem spatio manentibus, alius e spatio in quo jacebant transalitis illa

illorum locus absolutus manet idem in hora, sed relativus omnium mutatur.

Tempus absolutum, sive duratio est conceptus existentiarum quæ se invicem in serie continua succedunt, et eodem, si ita loqui fas est, semper tenore fluunt absq: relatione ad res aliquas externas. Relativum est sensibilis durationis mensura ope motus; cum enim tempus, et spatium absolutum sensus minimè afficiat, in subsidium vocare necessum inde fuit, motum sensibile, et æqualitem, uti Solis, Lunæ, Planetarum motus. Animadvertit Muschenbrueckius inter genesim Linæ, et fluxu puncti, et tempus ex fluxu continuo instantis maximam intercedere Analogiam. Locke acutè monet primo ideam temporis alicujus determinati, manu reducere nos posse in absoluti, et indeterminati ideam, quæ præstamus cum immaginemur die crastinam, sæculum proximum futurum &c. Pro necessario non esse motum ad mensuram temporis apparentis, et relativi, sed sufficere phenomenon constans, et periodicum, cujus spatia ad sensum sit æque distantia. Licet idea motus simplicissima sit

et n' componatur aliis idis, nihilo tamen minus plenis. Veteres ejus de natura definire conati sunt.

Horum definitiones, seu potius descriptiones, atque quam ad examen vocemus, notare juvabit triplicem a recentioribus distingui motum, nempe absolutum, qui definitur sibi succedens existentia corporis in diversis particulis spatii. 2° Relative commune, quando nempe corpus transit ad varias partes loci absoluti, sed eade servat habitudine ad corpora, quibus circumdatur. 3° Relative proprium, quando corpus idem, et transit ad varias partes spatii absoluti, et jugiter mutat habitudine ad corpora, qb: circumdatur. Sit exemplum. Navis nuper memorata applicetur jam dictis, luce clariore evadet. Sedatur hoc unum nempe ut absolute n' moveatur qui quanta celeritate fertur versus aliquam partem tanta protrudibur versus opposita. Cartesius, quemadmodum nullum novit praeter locum relativum ita nisi relativi motus descriptione tradit ascentes, motum locale esse translationem corporis ex vicinia eorum qui illud immediate contingit, et tamquam quiete

tia spectetur in vicinia aliorum. Idem sensere
runt Malebrich, et Silvanus Regis. Joan: Clericus
opponit Cartesio sequi ex memorata motus defi=
nitione, ut nemmus hominis ambulantis mani=
festatus vere, et proprie non moveatur, e contrave=
re, et proprie moveri dicenda esset Littora, seu,
que fluit amnis. Sed immento Cartesium cri=
minatur Clericus in hoc una reprehendendum,
quia negavit spatii existentiam in primo ca=
su nemmus moveatur, sed motu relative com=
muni. Insecundo motus juxta Cartesium est
applicatio activa, vel passiva Corporis ejusdem. Verum
quidem est quocumque sensu intelligatur hæc
applicatio, semper hoc stare contra Cartesium,
quod navis prono alveo delata, quæ ipsum alluatur
aquis, vel moveatur; e contra moveatur piscis, qui
enitatur quidem jugiter superare adversum aqua=
rum motum, sed ex hypothesi nihil proficiat.

De quietis definitione ferme apud omnes convenit
esse nempe existentiam Corporis in ipsis partibus
spatii absoluti, si sermo sit de quiete absolu=
ta, esse eundem situm Corporis habita aliorum pro=
ximorum Corporum ratione, si de relativa loqua=
mur. Quapropter quies erit mera motus gem=
vatio, adeoque nihil positivum. Ab hac op=

oppinione necesse videtur Sylvanus Regis, asserit eum
nimirum dici posse motum privationem quietis, quam
quietem privationem motus. Ipsi profuisse nonnulli
volunt Cartesium, dum affirmavit non minori vi opus
esse ad impellendum Navigium in Stagno quiescente, quam
ut sistatur ejus motus, dum actu impellitur vento, ac
remis. Probe attendendum est ne confundatur Inertia
cum quiete, unde origine suam traxisse creditur
Cartesii error. In quiete absoluta nulli sint gradus,
vis autem Inertiæ proportionalis dicitur quanti-
tati materiæ. Resistentia igitur, quam opponit
Navis, oritur ex acqua ipsi circumfusa, quæ
loco suo movenda est. Nihil autem proficisse in
hac re existimandus est Claudius Beraultius, qui
ut suaderet Corpora majora in quiete magis re-
sistere motui, jussit animadvertere discrimen
inter vim quæ impellitebet ut destituatur equi-
librium Bilancii tribus hinc inde uncis onerate,
et trib: hinc inde libris: si enim attentius animadver-
tatur major resistentia profluit a majori attribu
axis pro majori quo gravatur pondere. Addit Mus-
chenbruechius hunc jure attribuendam quietis re-
sistentiam quam opponunt Corpora si opponerent tan-
tumodo dum quiescunt, sed cum incubitum sit resistentiam vel
dum moventur opponere, corruunt omnino Arg: allata

Malebranchius ut ostendat quietem esse motum negativum, motum vero esse positivum: suppo=
natur, inquit, Deus desinere velle, ut globus quiescat, propterea non movebitur. Si
quis enim moveri debere asserat, doceat se=
cundum quem modum gradum juxta quam directio=
nem moveri debeat ex infinitis, qui suscipi=
unt magis, et minus: sed cum quis nihil sit,
sufficiet Deum nolle globum moveri ut ipse
statim quiescat. Malebranchium, et Clericum re=
prehendit Samuel Clarchius tanquam usos ma=
nifesta principii petitione, dum unicum sufficere arbitrantur divinæ voluntatis actum in
priori casu, non autem sufficere ut moveantur
quæ sunt in quiete. Et merito pro eni quam=
de inertiæ vim materia resistit et motui, et
quieti. Unicus igitur requiritur in utroque
casu actus. Velle supponere Deum velle ut Cor=
pus amplius non quiescat et simul non deter=
minare, qua directione et quo celeritatis gra=
du ferri debeat, est ludere in re seria.

De Modus Natura quidpiam dicturi monemus ignorari omnium consensu quid sit. Verisimile tamen est pro esse modum, non substantiam, quia absque corpore mobili concipi nequit.

De transire e corpore in corpus et interna sua plantam, ac partes solidas. De quanta esse quia augeri potest, et minui. De transire e corpore in corpus et intima substantia ac partes solidas. De interire omnino si duo corpora mollia eqquali mota in se obvia offendam.

De causa motus nd minus difficilis est quæstio quam de ejus natura. Plerique in Deum immediate refundere ea nd dubitant, qui si corpus conservat in eade spatii vacui partem corpus quiescit, si in diversa movetur. Unde motus a conservatione distinguendus erit. At si ingenui esse velimus, hoc statuto, causam motus adhuc prorsus ignoramus.

Docet Cartesius initio rerum a Deo condita determinata motus quantitatem, quæ tempori progressu neque augetur, neque minuitur. Id suspposuisse videtur ne mutabile efficeret Deum, sed quemadmodu idem perseverat Deus, et si in dies mutetur corporum figura, color, sapor; idem perseverabit quamquam nd eadem duret quantitas motus. Aperte id etia repugnat, duplici vi, qua Deus creavit active, quæ producit, passive, seu resistetia, quæ motu extinguit.

Epicurei statuunt motu æternum, atque atho-
missentiale. Quia gratis nemo vrdet. In-
quirendum superest in causa secundam, ne-
pe mediata motus. Cartesiani a motu ma-
teriæ æthereæ eamde repetunt. Ab attractio-
ne Newtoniana. Quid de utroque princi-
pio sentiendum jam satis alio diximus. Qua
tum tandem Philosophi ex quod corpus semel
impressum sibi motum conservat, licet causa
movens vt amplius agat, immo distet a
mobili, vel q. magis est amplius vt exis-
tat. Aristoteles judicavit causam continua-
ti motus esse medium, in quo mobile move-
tur, q. vel quia augetur una cum mobili,
debet jugiter extipulare mobile, et illud
protudere, donec cesset agitatio, vel quia
fluidum condensatur a motu corporis in par-
te anteriori et recuperet æquilibrium magna
vi recurrit ad latera seaque vi elastica illum
promovet. Sed si dicatur primum redit eade dif-
ficultas, cur nempe medium prosequatur mo-
veri motu semel impresso. Et secundum Phe-
nomena docent omnino oppositum, quo enim mi-
nor est densitas medii, eo majori celeritate mo-
vetur corpus.

Recentiores communi suffragio causa motus continuati ab inertia petunt, passiva nempe corporum indifferentia, vi cujus resistunt quidem mutationi, quæ ipsis superinducitur, sed simul ac eamdem mutationem subierunt, reagunt in obstacula, quæ conantur se deturbare a novo statu in quo sunt. Hinc Clariss.mus Keill tandem cessandum esse monet ab inquirenda causa motus continuati; Eadem ex ipsa est, ac quæ resonnes in statu suo conservat. His præmissis re aggredimur.

Caput Primum

De Legibus Motus

Nomine Legum motus hoc loci veniunt quædam affectiones, et proprietates universales materiæ, quas experientia detexit, quibusque utuntur Physici in Tractatu de Motu non minus quam Geometræ suis axiomatis.

Lex Prima

Corpus omne perseverat in statu suo quietis, vel motus uniformiter in directum, nisi nova accedente vi cogatur statum illum permutare.

Ita vis inertiæ, qua materia indiferens est ad motum et quietem, tum quotidiana experientia veritatem hujus legis suadet. Quemadmodum nempe

nunquam observare contingit Corpora quiete transire ex se ad motum, ita postquam in motum acta fuerit, nulla est ratio, cur ab eadem desistere debeant. Sequitur hinc motum omnem ex Linea recta fieri debere; secus enim Corpora mutarent ex se propriam directionem. Proiciatur sursum, vel deorsum perpendiculariter Corpus quodcumque, feratur ex Linea ad sensum rectam: si oblique proiciatur magis semper ac magis declinabit a Linea juxta quam moveri coepit. Quapropter si detur gravitas non turbat motus directionem, motus ipse fit secundum rectam; in casu opposito a rectilinea directione deturbabitur Corpus ex nova hanc gravitatis vim.

Lex Altera.

Mutatio motus proportionalis est vi motrici impressae, et fit secundum directionem juxta quam vis haec operatur.

Sensus hujus Legis est si Corpus A in motum ageretur tali velocitate, ut spatio unius horae percurreret mille Exapedas, potentia quae communicaret gradum eumdem celeritatis Corpori B duplo majoris soliditatis applicata

Corpori A duplo majore quam antea celeritatem ipsi impertiret, ut uniusq; horæ intervallo bis millæ Exapedes perciperet. Supponatur B divisum in partes duas Corpori A æquales, et qualibet semissis moveatur celeritate, qua movetur A. Corpus erit eodem potentiæ gradu, quem requirit A. Ergo duarum semissium, sive totum Corpus B postulabit potentiam duplam. Cum potentia dupla, dupla communicare debere velocitatem perspectum est. Nam si applicatur ut tota simul, sed et partes, nulla est ratio cur idem gradus applicatus primo tempore diversum prestare debeat effectum, quam qui applicatur secundo.

Lex Tertia

Actioni æqualis semper, et contraria est reactio

Actio nempe quam exercet Corpus A in aliud B non est vis tota Corporis A sed pars dumtaxat, quæ satis est ad Corporis B resistentiam superandam. Cum equus currum trahit motus progressivus equi totum retardatur a pondere currus quantum hic promoveretur a nisu equi; adeo ut si equus impenderet vim eamdem solutus velocitas qua ferretur tanto major esset, quanto est differentia inter pondus proprij Corporis, et idem pondus cum pondere Currus simul. Hinc

fit ut cadant prono capite equi si loro
que currum trahunt improviso frangan=
tur. Contendunt nonnulli hac semel data
Lege motus e medio tolli. Si enim tantum
reagit A, quantum B, vires e diametro oppo=
sitæ se mutuo periment, quæ inepte id ad=
struant nemo non videt. Supponitur enim
vis motrix æqualis resistentiæ, falso tamen,
dato enim casu distant inter se actio, et vis mo=
trix: Quippe vis est potentia corporis agen=
di in aliud. Reactio est hujusce potentiæ pars,
qua reapse agit in aliud. Ex quo claret actio=
nem ad summum posse adequare vim, cum nem=
pe totam impendit corpus potentiam ada=
gendum, et resistentia toti potentiæ æquatur.
Similiter resistentia est facultas adretun=
dendum impetum reactio est pars hujus resis=
tentiæ: Unde ad summum reactio est æqua=
lis resistentiæ, numquam tamen major.

Caput Secundum

De Motu æquabili

Definitiones.

1. Potentia vis motrix seu vis simpliciter: dicitur
facultas corporum, qua vel actu agunt, vel in
motu agere nitentur alia corpora.

Scholion.

Leibnitius omnium primus duplice agnovit vim: Viva quæ cum motu actuali conjuncta est; mortua quæ jugiter nititur ad motum producendum, sed non producit.

II. Spatium est Linea, qua mobile instar puncti consideratum describere concipitur

III. Celeritas seu Velocitas ea est vis motricis affectio qua mobile aptum redditur dato tempore datum spatium percurrendi.

IV. Volumen sive moles est extensio Corporis in trina dimensione.

V. Massa Corporis est quantitas materiæ sub dato Volumine contenta.

Scholion.

Massa Corporis æqualis est voluminis ducto in densitatem. Quo enim densius est Corpus majorem continet Massam eode manente volumine. Quo majus est volumen manente eade densitate majorem continet Materiam. Si igitur in duplum crescat densitas Corporis duplo majorem continebit Materiam: et si in duplum crescat volumen manente eade densitate quadruplo majorem quam antea Corpus habebit massam. Si ergo Massa vocetur q: Volumen v:

densitas d: erit $q = vd$ $\frac{q}{d} = v$ $\frac{q}{v} = d$. Volumen ergo sequitur directa Massæ, et inversa densitatis rationem, Densitas vero directa Massæ, et inversa Voluminis. Massa Corporis cuiusdam sit Q: Volumen V: Densitas D: alterius Massa q: Volumen v, Densitas d. Cum sit Q: QD:: q: qd. Erit Q: q:: QD: qd. Componatur D ęquale d, dividendo QD: qd :: D: d, Erit Q: q:: V: v. Hinc Massa duorum Corporum, quę ęque densa sit erit ut Volumen: componatur V: v. Erit Q: q:: V: v. Hinc massa duorum Voluminum ęqualium est ut densitas componatur Q: q: erit QD:: qd, et V: v:: :: d: D. Nempe duorum Corporum Massa ęqualium Volumina reciproca sunt densitatibus.

VI. Quantitas motus est producta velocitatis in massa sive velocitas ęqualiter diffusa per Massam.

Corollar. Quo igitur major materia in Corpore, major erit quantitas motus. Sed ut diximus massa corporum proportionalis est eorumdem densitati et volumini, aucta ergo densitate augebitur et motus.

VII. Linea directionis est illa, juxta quam Corpus

progredi nititur.

VIII. Motu Equabili fieri dicitur Corpus, quando Equalibus temporibus percurrit spatia Equalia. Solent Mechanici Brevitatis gratia pro tempore spatio, massa, celeritate, quantitate motus, resistentia adhibere Litteras Initiales, ut spatium dicant S: Tempus T: Celeritate C; et ipsis in Elementis hisce vel alibi re propitabimus.

Theorema Primum.

In motu Equabili spatia percursa sunt ut tempora.

Demonstratio. Quandoquidem motu Equabili mobile eadem continuo movetur celeritate in tempore describit spatium S tempore multiplici nt = T describet Eque multiplex spatium ns = S. Erit itaque ns ad nt :: S : T. et alternando S : s :: T : t. Q. E. D.

Theorema Secundum.

Si duo Mobilia eadem celeritate, et motu Equabili moventur, spatia ab iis descripta erunt ut tempora.

Demons: Mobile A, tempore t spatium s Mobile B eodem tempore t describat spatium s prioris Equale. Idem mobile B tempore alio quoumque

T describat spatium S. Erit S. s a se descripta ::
:: T. t. Hic: precedens. Sed hoc alterum
spatium s equatur spatio s descripto a
Mobili A tempore t. Ergo &c.

Theorema Tertium

Celeritates duorum Corporum, que Equabili=
ter ~~decendunt~~ moventur sunt, ut
spatia eodem tempore motu Equabili ab
illis percursa.

Demons: Si Mobile A tempore t celeritate c
describat spatium s eodem tempore, et
celeritate multiplici nc = C percurret
Eque multiplex spatium ns = S. Erit igi=
tur ns = S : s :: nc = C : c. Quare si mobi=
le A eodem tempore t celeritate C des=
cribit spatium S. Erit S : s :: C : c. Q. E. D.

Theorema Quartum

Spatia a duobus mobilibus descripta sunt in
ratione composita celeritatum, et temporum.

Demons: Mobile A tempore t, celeritate c describat
spatium s. B vero celeritate C tempore T per=
currat spatium S. eodemq: tempore T, celeritate
c describat spatium q. Quia celeritas c, et mo=
bilis A, et B est eadem erit Theor. II. Q : s :: T : t.

et quia spatia Sq eodem tempore Sd describuntur, erit per Theorema III S:q :: Cs, et qs:qp :: Cd, et per 25 Lib. 5: Cd: etc. Q. E. D.

Cor: Si S = s, erit Cd = ct; adeoque Cc :: t: d, nempe si duo Mobilia ferantur æquali motu, et spatia sint æqualia, celeritates erunt reciprocæ temporibus.

Theorema Quintum.

Si duo Mobilia æquabili motu ferantur celeritates erunt in ratione composita ex inversa temporum et directa spatiorum.

Demons: per Theo. 4mum S.s :: Cc: tc. Ergo Sc = sC, et Cc :: St: sd.

Cor: Quando quidem dividendo sd, et St per dt utrumque habetur proportio per Axioma; erit Cc :: Sd: dt; nempe celeritas est ut spatium divisum per tempus. Scriptores Analytici celeritatem ita Litera designant, quam per dt, vocantes celeritatem [illegible] Q. E. D.

Theorema Sextum.

Si duo Mobilia describat Spatium S et s, Tempora erunt in ratione composita ex directa spatiorum et reciproca celeritatum.

Demons: per Theo. 4m S.s :: d: dt; igitur St = sd,

multiplicando nempe extremas. Ergo S: t :: Sc: Cs. Q. E. D.

Theorema Septimum

Si spatia inequalia a duobus mobilibus motis, equabili descripta fuerint cum celeritates, tempora erunt Equalia

Demons: Ex hypothesi S: s :: C: c; Atqui p. Theorem. S: s :: A: t. Ergo C: c :: A: t. Dividendo Antecedentes p. C, et consequentes p. c, erit unitas ad unitatem, ut A: t. Sed unitas Equatur unitati. Ergo A = t. Q. E. D.

Theorema Octavum.

Quantitates motus duorum Corporum motu equabili Laborum, sunt in ratione composita celeritatum, et Massarum.

Demons: Per definitionem Quantitatis Q = CM, q = cm. Q: q :: CM: cm. Sit Ergo Corpus A cujus massa sit Equale 4, celeritas = 6. Quantitas motus erit in hoc Equale ut 24. Sit etiam Corpus B, cujus Massa sit = 3 celeritas = 4, habebit momentum seu motum = 12, Atqui est 24: 12 :: 4 x 6: 3 x 4. Ergo Q: q :: CM: cm. Q. E. D.

Coroll: 1.mum Si Q = q etiam CM = cm; adeoque C: c :: M: m.

nempe si quantitates Motus fuerint æqua-
les, celeritates erunt in ratione reciproca
Massarum.

Cor. 2.um Quandoquidem Q = MC, erit M = Q.C; et C
= Q.C; et C = Q.M. Idest Massa Corporis ha-
betur dividendo quantitatem motus per cele-
ritatem; Celeritas vero dividendo quanti-
tatem Motus per Massam.

Theorema Nonum.

In Motu æquabili celeritates sunt in ratione
composita, ex directa quantitatis motus,
et reciproca Massarum.

Demons: Per Theorema precedens Q: q:: CM: cm,
et multiplicando extrema, Q × cm. Ergo
C: c:: Q × m: q × M. Q. E. D.

Theorema Decimum

In Motu æquabili Massæ sunt in ratione
composita ex directa quantitatis Motus,
et reciproca celeritatum.

Demons: Per Theo. 6.um Q: q:: CM: cm. Quan-
Q cm = q M C. Ergo M: m:: Q × c: q × C.

Theorema Undecimum.

In Motu æquabili Quantitates Motus sunt
in ratione composita ex directa Mas-
sarum, et spatiorum, et inversa Temporum.

Demons: per Theorema Quintum C.c :: ut S.T: s.t, et per Theo: 6.m Q: q :: M: m: Ergo CQ: cq :: MSx t, et dividendo antecedentes per T, C, et consequentes per c, Erit Q: q :: MSt: mST. Q.E.D.

Theorema Duodecimum

In Motu Equabili Spatia sunt in ratione composita ex diversa quantitatum motus, et temporum, et inversa Massarum.

Demons: per Theor: 11.m Q: q :: MSt: mST, multiplicando extrema erit QmST: qMSt, et resolvendo S.s :: QTm: qtM.

Cor: 1.um: Si S = s. Erit QTm = qtM, et Q: q :: tM: Tm, Ergo erea M: m :: QT: qt, Ian de T: t :: qM: Qm.

Cor: 2.um: Si preter Stsuerit M = m. Erit QT = qt, adeoque Q: q :: t: T.

Cor: 3.tium: Si S = s, et T = t, Erit qM = Qm, adeoque Q: q :: M: m.

Theorema Decimum Tertium

In Motu Equabili Massæ sunt in ratione composita ex diversa quantitatum motus, et temporum et reciproca spatiorum.

Demons: Quia per Theo: 12.m Q: q :: MSt: mST, et resolvendo M: m :: QTs: qtS.

Cor: Primu: Si M = m; Erit QJs = qtS, et resolvendo Q : q :: tS : Js; Preterea S : s :: QJ : qt; tande J : t :: qS : Qs.

Cor: Secu: Si preter M = m fuerit J : t; Erit qS = Qs, adeoq: Q : q :: S : s.

Theoremata Decimu Quartu.

In Motu Equabili tempora sunt in ratione composita ex directa Mataria et Spatiorum, et reciproca quantitatu motus.

Demons: per Theo: 4tu Erit Q : q :: MSt : msJ; multiplicando extrema et media, erit QmsJ = qMSt, et resolvendo J : t :: qMS : Qms.

Cor: Si J = t; Erit qMS = Qms; preterea M : m :: Qs : qS; tande S : s :: Qm : qM.

Scholion. Quæ actenus cu Wolfio analytice demonstravimus Theoremata eadem ope Litterarum ostendi possut. Ad majorem nostrum intelligentiam conducet quam maxime singulis notas substituere Aritmeticas, uti exemplu dumtaxat Loco Theorematis ultimi ipsi proponitimus.

Caput Tertiu.

Caput Tertium

De Motu uniformiter accelerato, et retardato.

Quandoquidem si rigide loqui velimus nullus datur motus omnino simplex et æquabilis; sed vel ab vim inherente corpori jugiter acceleratur, vel a medio, in quo fit motus perpetuo retardatur. Apparet inde quam diligentius incumbendum sit in doctrinam, quam hoc capite trademus. Juxta morem, quem in præcedentibus secuti sumus. Sit.

Defin: 1.ª Motus acceleratus dicitur, qui nova capit celeritatis incrementa uniformiter acceleratus, qui in æqualibus temporibus æqualia accedunt velocitatis incrementa.

Cor: In hoc igitur Motu celeritates erunt ut tempora.

Defin: 2.ª Motus retardatus est ille, cujus celeritas jugiter decrescit: uniformiter retardatus, cujus velocitas æqualibus temporibus æqualiter minuitur.

Ax: 1.º Si duo Corpora Elastica sint, et nisus unius æquale sit resistui alterius

nullus sequitur Motus.

Axio: 2.do Si Corpus q̃ actu movetur impellitur juxta directionem, qua movebatur, illius motus accelerabitur.

Axio: 3.tio Si Corpus moveatur, et vim resistente invenerit, ejus motus retardabitur.

Observatio 2.a Gravitas in intervallo nimis magno a superficie Telluris eadem est.

2.do Gravia descendunt motu accelerato.

Theorema 1.mum

Si Mobile ex quiete motu uniformiter accelerato feratur in medio non resistente spatia percursa, et computata ab initio motus erunt ut quadrata temporum, quo impendit mobile in illis percurrendis.

Demons: Designet recta AB tempus, quo motu gravis cadentis acceleratur, si ipsa in particulas AB, BC, CD Equales, et quantumvis parva dividatur, et designabunt minima intervalla, sive tempuscula, ex qb: componitur tempus AB. Concipiatur Mobile initio temporis AB urgeri a gravitate; Cui ex hypotesi nihil obstet, atque minima velocitate, quæ exprimi potest Linea AV. Cui supponatur Corpus conser-

prae

vare toto tempusculo AB celeriter ac-
acquisitam rectangulum br raprehesenta-
bit spatium a corpore percursum tem AB p
Thm 4.m Capitis precedentis. Descripto hoc
spatio urgebitur corpus initio tempus-
culi bd impulsu priori equali, adeoque
velocitati ja acquisite, et accessio nove
velocitatis, et equali velocitati bc. Si er-
go singulo tempusculo seu correspon-
dente rectangulum describatur, posito
q AB exprimat tempus, q Mobile im-
pendit cadendo, et mo rectangulo cor-
respondens ultimo tempusculo, nemo
n videt velocitate futura mn latus
rectangulum mo spatium vero fore sum-
mam omnium rectangulorum rectan-
gulo mo imposterum. Pronum hic est cd-
ligere figura ABC esse triangulum, cu-
jus differentia a summa omnium recta-
gulorum erunt spatiola arc, cte, quæ cum
respectu totius trianguli infinite par-
va sit, negligi poterunt, et recte spatio-
rum summa exprimetur triangulo ABC
cum recta Am AB sint proportionales, re-
dis mn, BC, tempora erunt ut velocitates

cum: Triangulum Amn ABC sunt in ratione duplicata rectarum mn, et BC, spatia erunt ut quadrata temporum. Q. E. D.

Theorema Secundum.

Spatia, quæ Corpus motu uniformiter accelerato percurrit, crescunt temporib: Æqualibus, secundum numeros impares 1, 3, 5, 7.

Demons: Per The.m precedens: si Tempora fuerint ut 1, 2, 3, 4, 5; Spatia erunt ut 1, 4, 9, 16, 25. Quare si Spatium primo momento descriptum referatur spatio descripto intra duo momenta, remanebit Spatium secundo momento correspondens Æquale 3. Eodem modo invenietur spatium tertio momento absolutum 9-4, = 5. et sic procedendo. Q. E. D.

The.m Tertium

Gravia in medio non resistente per intervalla non nimis magna motu uniformiter accelerato descendunt.

Demons: Gravia accelerare motum sui dum descendunt extra dubium est. Gravitatem eamdem esse in distantia a tellure non nimis magna: Supponimus ex recessiorum

omnium consensu in obser. ante 4.um Theor.
Sequitur Ergo vi gravitatis cergere ju-
geter corpus debere, eiq: temporibus equa-
libus, quoniam nihil ex hypo.si recepi-
vit novos, et equales addere celeritatis
gradus, nempe 7 Defi.ni 2.ni ferri mo-
tu accelerato. Q. E. D.

Scholion. Galilaeus, qui leges, quas cadendo re-
cuentur corpora ratiocinio invenit, ex-
de experimentis communia esse deprehe-
hendit. Exp. 1.um In tabula ligneam 12
cubitos longa canale excavavit tres di-
gitos latum, semicubitum profundum, ves-
tivitq: membrana levigatissima, ne
scabrities globum eneum descendentem re-
moveret. Quo peracto canale in
plano Orizontali constitutum successi-
ve elevavit 1, 2, 3 cubitos; ita ut pla-
num inclinatum efficeret. Tempus ac-
curate dimetiens quo Globus descendebat,
invenit spatia percursa esse ut quadrata
temporum, demisso Globo a quarta lon-
gitudinis canalis parte reperit impen-
disse tempus subduplum, quam ut percur-
reret reliquam longitudinem. Atqui tota

canalis Longitudo = 1 : $\frac{1}{4}$ ejusdem Longitudinis, ut tempus, q impendit ad percurrenda tota Longitudinem = 1 : $\frac{1}{4}$ ejusdem Longitudinis temporis secundi. Ideo autem Galileus usus est plano inclinato, quia in descensus ipsi Longe minus velox sit Locum relinquit accurate capiendi temporis mensuram.

Eade expr. cum Primaldo instituit Ricciolius, modo quidem diverso sed qui eumdem semper sortitus est effectum plurimis scilicet globulis ex argilla ejusdem molis, seu ponderis unciarum 6, demisit est phenestra, prope apice turris Bononiensis, quæ Aselorum dicitur, cujus altitudo est pedum Romanorum 240. descensus temporaque pendulis q oscillationes perficiebat sexta parte minuti secundi, dimensa sunt, ut inopposita Tab. rapresentatur. itaq: vibrationes 5 factæ sunt tempore 30''' ac proinde 6 vibrationes 60''' et 20 vibr. 100''' = 1'40''' spatia autem ita erunt inter se, ut spatia secundo temporis puncto confectum et triplum spatii peracti primo temporis puncto.

Spatium peractum tertio tempusculo esset quintuplum primo. Ita ut progrederetur spatia juxta seriem numerorum imparium 1, 3, 5, 7, 9. Q. E. D.

Vibr. et Penduli	Tempus	Spatium in fine Temporis	Spatium in singulis Tempusculis confectum
5 10 15 20 25	0 50 1 40 2 30 3 20 4 10	10 40 90 160 250	10 30 50 70 90
6 12 18 24	1 0 2 0 3 0 4 0	15 60 135 240	15 45 75 105
	Min. Minuti	Pedum Romanorum	Pedum Romanorum

Theorema IV.

Si gravis in intervallum nimis magnum in medio non resistente descendit, spatium, quod conficit subduplum est ejus, quod conficeret eodem tempore, si motu uniformi moveretur

cum celeritate in fine temporis acquisita.

Demons: ex Theoremate primo hujus Capitis, spatium tempore AB motu uniformiter accelerato percursum est ut Triangulum ABC ex hoc Cap. praeced. spatium eodem tempore motu aequabili et celeritate BC descriptum est ut Rect. ABDC. Et ex 41. Lib. 2. Euclidis Rectangulum sub eadem basi, et altitudine cum Triangulo est ut 2:1. Ergo &c. Q. E. D.

Corol: Spatium igitur celeritate CB tempore $\frac{1}{2}$ AB percursum aequale est spatio descripto toto tempore AB, motu uniformiter accelerato.

Problema 2.

Dato tempore T quo grave ex altitudine A descendit in medio non resistente spatium, q. singulis minutis conficit cum Wolfio definire.

Resolutio, et Demons: Ex Th. 2. cum in motu accelerato sit $s = \frac{1}{2}t^2$ cuiq: altitudo data vocetur A, erit spatium parte temporis prima confectum $A.\frac{1}{2}t^2$; adeoq: decursum parte secunda erit $3A.\frac{1}{2}t^2$ descriptum tertia temporis parte, erit $5A.\frac{1}{2}t^2$ &c.

Ita in exper. Riccioli tempo 4'' globus cretaceus descendit ex altitudine 240 pedum spatium ergo descriptum primo tempusculo erit = 240.26 = 2s. spatium confectum secundo tempusculo = 2s×3 = 4s. absolutum tertio tempusculo = 2s×5 = 10s. tandem quarto tempusculo = 2s×7 = 14s. Est autem 2s+4s+10s+14s = 240. Ergo &c. Q.E.D.

Problema II.

Dato tempore, quo grave in medio non resistente spatium datum descendit, determinare etiam tempus, quo aliud spatium datum in eodem medio conficeret.

Resol. et Demons. Sit s = spatium, quod ratur ad spatium, quod grave dato tempore descendit, spatium, q. in questione est, et ad quad. temporis dati numerus quartus proportionalis; hic numerus designabit quad.um temporis quesiti; Ex hoc si extrahatur radix quadrata, prodibit tempus quesitum. V.g. in memorato Riccioli exemplo tempore 4'' descendit corpus p. spatium 240, si quaq=

queratur quo tempore confecturus sit spatium 235 pedum: fiat juxta laudata Regula 240: 26:: 235: q; hujus Radix = = 3, sicut Radix quadratas 26 = 4; Dempsi ergo quesitum erit = 3. Q. E. D.

Problema III.

Dato spatio q. grave in medio resistentes dato tempore conficit, invenire spatium, q. intra aliud temporis intervallum conficeret.

Resolut: Jam est s = ft. Ergo si queratur ad quad.^{m} temporis, quo grave ff datum spatium descendit, et ad quad.^{m} temporis, quo aliud quesitum emetiri debet, atq: ad spatium datum numerus quartus proportionalis hic erit spatium quesitum: ita si globus cretaceus duob: minutis confecit pedes 60 quaritur quos percurreret pedes tempore quatuor min: juxta eamdem Regula erit 4:60:: 26: 240. qui numerus postremus est spatium quesitum. Q. E. F.

Theorema Quintum

Si corpus feratur motu uniformiter acto dato, describit spatium dimidium ejus, q:

motu uniformi eodem tempore confi=
ceret.

Demons: Sit de stantibus ubi in Th: 2.do perpen=
diculares AE, AF, AS abscindant par=
tes CE, EF, FS quæ raprhesentabunt
celeritates BS, BE, BA amissas.
Si Bb sit tempusculum infinite par=
vum motus erit uniformis, et spatium
ut area BbcC, spatium ergo tempore AB
erit ut Triangulum ABC per 2 Th: sed
spatium descriptum a mobile celeri=
tate BC, tempore AB, motu æqua=
bili, est ABCD per Th: 4 Cap: pri: et
per 41 Lib: 1. Euclydis ABCD = 2 ABC.
Ergo &c. Q. E. D.

Theorema Sextum.

Spatia motu uniformiter retardato des=
cripta temporibus æqualibus decres=
cunt, ut numeri integri ordine re=
trogrado.

Demons: Patet per se est enim Th: hoc directe opp=
positum Th: 2.o huiusce capitis.

Cor: Pravus igitur descendens in medio resi=
stente ea acquirit celeritate in fi=
ne temporis, qua possit motu unifor=
miter

miter retardato ad eadem altitudinem a qua decidit ascendere. Representet ea Recta AB spatium percursum. Nisi adheset gravitas, celeritate AB assurgeret ex B in A, sed eadem est gravitas, quæ urget corpus dum descendit, et obstitit dum ascendit. Eodem tempore ⸗ gravitate descendit ex A in C igitur primo tempo retardabitur ⸗ spatium AC, et perveniet ex B in C secundo tempore et Mobile descendit ⸗ 3 AC, retardabitur Ergo ascendendo ⸗ totidem intervalla, et perveniet in A. Q. E. D.

Cor: Ex hoc erui potest ad qua corpus ⸗ perpendiculariter projectum altitudinem ascendit: cognito tempo ascensus, et lapsus. Corpus igitur sursum projectum redeat ad eundem locum tempo 20". Impedit ergo 20" in ascensu, et totidem in descensu. Spatia sunt ut Quad: temporum. Prave describit 1" pedes Parisienses 15 cum $\frac{1}{12}$. Quare Tempo: 20" ascendit ad altitudine 15 cum $\frac{1}{12} \times 20 \times 20$ sive pedum $1500\frac{1}{3}$

Cur autem si quæpiam desint ex memoratis circumstantiis, ut amplius praxis Theoriæ conjuna reprehendatur ratio in promptu

est, aer nempe quem transmeare debet corpora, quæ ab alto cadunt resistit, obnititur et elidit partem celeritatis, tum ob attrictum tum ob mobilis jugiter aucta celeritatem. Hæc autem resistentia eo gravium crescit, ut mobilem quantum celeritatis recipit a gravitate, tantum sibi ab aere detrahatur; unde post emensam mediocrem altitudinem prosequitur deorsum semi motu non modo in rigore Mathem., sed nec physico, et ad sensum accelerato, nisi sub minima superficie maximo preseferat pondus. Paliqui omnium primus suspicatus est majorem fore ictum globi plumbei, qui explederetur ab altitudine duorum, quam 20 cubitorum, licet apprime ipsi nota esset accelerationis Lex. Q. suspicatus est et vindicavimus. Accad. Florentini Exp. demonstrarunt, qui ab altitudine 232 pedum demisis vary globis ejusdem diametri, sed diversi ponderis, animadvertit citius retardari motum eorum corporum, quæ vel sub æquali superficie minus complectebatur pondus, vel majorem habebant superficiem sub æquali pondere, ut apparet ex apposita Tabella.

Ut hujusce rei veritas clarius intelligatur
sint duæ sphæræ A, et B ejusdem diametri
gravitas primæ sit ut $\frac{1}{2}$ ut 4 superficies cum
sint æquales æquale ambæ patientur resis-
tiam, quæ ponatur ut $\frac{1}{2}$. Post primum mo-
mentum vis accelerativa in A fiat = 0, in B
erit adhuc ut 3. Prosequatur Ergo A mo-
tum suum celeritate acquisita quin aliu

eadem crescat hinc patet errasse Aristo=
tele, dum docuit velocitas gravium pro=
portionales esse ponderibus eorundem.
Nihil hactenus dictis obstat medium in initio
descensus resistere, ut resistit versus
finem, ex quo inferri posse videtur mo=
tum gravium accelerari non debere, licet
altitudines sint non nimis magnæ. At=
nimadvertendum enim est in initio motus
spatium esse minimum, adeoq: minima
resistentia quæ cum sensu crescat, tum pro
spatiorum incremento, tum pro majori im=
petu, quo removendum est Medium, et mi=
nore tempore, q^d ipsi concedituv ut rece=
dat a suo Loco, mirum non est, si motus non per=
gat accelerari. neq: hinc sequitur, ut auctu=
mant nonnulli, gravia descendere debe=
re motu retardato; propterea nimirum
~~et gravium motus~~ quia prope Telluris
superficiem magis semper ac magis cres=
cat aeris densitas. Non enim precise tan=
tus est gravium motus, quo cadunt, quan=
tus ad æquabilitatem desideratur, atq: adeo
si major evadat resistentia, debeat retar=
dari: sed cum quo major fit risus eo minus

concedatur tempus medio, et grave locum
linquat decidenti, hinc grave vel accelerat
motu in ea ratione, in qua par esset solo tan
ta vel est densitas aeris prope Tellurem, et sen
sibile esse debeat incrementum resistentiæ
pro majori a Tellure distantia: Sed: Dato
Q aer densior sit ad Gadices, quam in ver
tice Montium, rarior est ad Gadices ex
majori calore, qui urget eg tenis p anib: pro
pe Tellurem.

Maxima Providentia consultum est, et et gra
vius motus accelleraretur, et retardaretur a mediorum resistentia, nisi enim gra
via accelerarent motum quandoquidem
minutum secundum continet minuta de
cima 262,962,600,000,000; hujusce vero
numeri quad: sit 28,211,099,034,860,
000,000,000,000,000; spatium percursum
uno minuto decimo, ad spatium per
cursum 2" erit ut 1 ad predictum num:
28 &c. Divisis ergo 10 pedes in tot
æquales particulas, quot unitates
reperiuntur in 28 &c, earum una
singulo minuto decimo describeret,
caderet nempe ab altitudine 29 pedum

grave, intervallo annorum 53223852, Ni=
si vero retardaretur acceleratio tanta
foret cadentium corporum quantitas mo=
tus, adeoque tantus grandinis, nivis,
et pluviæ impetus in subjecta corpora,
ut ictu oculi vastarentur fruges, in=
terirent homines, tamquam totidem
lapidibus obruti.

Quandoquidem Christ. Ugenius repetitis ex
perimentis invenit corpus in medio
non resistente, spatio 2'' percurrere
pedes Parisienses 15 $\frac{1}{2}$; adeoq: spatio
unius minuti 54000 facile deter=
minari poterit quelibet altitudo in=
cognita, ab eade demittendo lapide
satis ponderoso, et iterum notando
tempus, q. impendit. Impendatte=
nus 54'' facta hac propor: 2'' : 15 $\frac{1}{2}$ :: 54'' : x;
erit altitudo quæsita pedum 24121 $\frac{1}{3}$.

Caput Quartum

De Centro Gravitatis.

Definition: 1. Centrum gravitatis corporis est
punctum, q. si planum transeat, quæ
utrinque sunt segmenta æquiponde=
rant, manetq: idcirco in æquilibrio.

Cor: Si descensus Centri gravitatis impediatur, Corpus quiescet, et si ex centro gravitatis suspendatur non movebitur.

Sch: 1. Facta Corporis gravitate, non immerito Mechanici in centro gravitatis collocata supponunt suspenso siquidem Corpore ex tali puncto, cui actio partis unius, non modo non producat motum in altera, sed imo elidat, omnesq: partes motui hujus centri obsequantur, fit, ut actio utriusq: exerceatur contra punctum hoc.

Sch: 2: In omnib: Corporib: centrum gravitatis reperiri, hoc pacto ostenduntur nonnulli. Nullum est Corpus ut ut irregulare, juxta Longitudinem impositum plano Verticali non quiescat; Quocirca planum Verticale productum transibit per centrum. Idem dicito de Latitudine, et profunditate. Quare in singulis Corporibus licebit determinare plana, quorum unum q: transit per Centrum. Tria autem plana nihil habent comune, nisi unicum intersectionis punctum. Ergo &c.

Defin: 2.a Diameter gravitatis est re=
cta transiens p centrum gravitatis. Pla=
num vero gravitatis est figura pla=
na, in qua situm est centrum gravitatis.

Corl: Intersectione igitur duorum diametro=
rum determinabitur centrum gravitatis,
et communis duorum aut plurium planorum
gravitatis intersectio est diameter gra=
vitatis.

Defn: 3.a Pravia homogenea dicuntur illa, quo=
rum omnes partes sensibiles ejusde
sunt naturæ, sive quæ sub eodem volumi=
ne eadem præseferunt gravitatem hete=
rogenea ergo erunt quæ gravitatem
habent voluminis proportionalem.

Gr: Partes Corporis homogenei volumine æ=
quales, etiam pondere æquales erunt.
Heterogenei vero ite.

Sch: Animadvertendum igitur est, ut vere ho=
mogeneum sit Corpus, non modo requiri,
ut ejusdem sit substantiæ in omnib.
suis partibus, sed præterea ut sit u=
niformis undequaq: densitas. Sphæra
namq: lignea si max: habeat Dia=
metrum non erit homogenea, partes quippe

radicibus propiores majoris sunt distantiæ.

Demons: 4.a Centrum Magnitudinis est punctum, ~~et~~ q. si ducatur planum, Corpus dividitur in partes æqualis magnitudinis.

Cor: 1.m Unius Corporis unicum est centrum magnitudinis, atq: unicum centrum gravitatis.

Cor: 2.m In Corporib: homogeneis, et regularib: idem est gravitatis, et magnitudinis Centrum. Perspicuum hoc ipsum redit sphæra ~~et~~ centrum suspensa, vel divisa ~~et~~ Circulum max: in partes duas.

Demons: 5.a Mutuæ actiones potentiæ, et resistentiæ, quæ habentur ab hac vel de motu vocantur ipsarum momenta. Quapropter momentum, quantitas motus, vis motrix idem sunt.

Lemma.

Potentia et resistentia tunc sunt in Equilibrio, cum horum pondera reciproca sunt spatii quæ describerent.

Demons: Momentum sive quantitas Motus habetur ducendo velocitatem in massam ~~et~~ def: 6. Cap: 2. Massa proportionalis est ponderi, velocitas proportionalis est spatio descripto eodem tempore ~~et~~ Sch. 3. Cap: 1.

Ergo tunc habebitur æquilibrium inter potentiam et resistentiam cum ponderaerunt reciproca spatiis.

Sch: Animadvertite spatium de quo hic est sermo esse quid; sed illud dumtaxat quod describit corpus, resistit corpori alteri, et quin ipsum agat.

Theorema 6mum.

Si Centra duorum corporum gravitatis A et B fig. 28. jungatur recta AB distantia centri gravitatis communis cum peculiarib: A, et B reciproca sint cum ponderibus.

Demons: Suspendatur a puncto C, et circa ipsum moveri intelligatur Pondus A describit arcum Aa cujus Radius erit CA B vero eodem tempore arcum, cujus radius CB; arcus igitur repræsentabunt spatia sed arcus similes sunt Aa, Bb, ex L. 6 Elem: Euclid: ut Radij, cum igitur angulum in b communem, similes sint arcus Aa, Bb, spatia B, A reciproca sunt distantiis adeoq: habebitur æquilibrium Q.E.D.

Cor: 1.mum Hinc corp: fuerint æque gravia Centrum

gravitatis erit in puncto medio Lineæ re-
ctæ centro conjungentis.

Cor: 2.um Quandoquidem AB : AC :: BC, erit etiam
inverso, et componendo AB + A : A :: BC +
AC : AC, et $AC = \frac{ABC + AC}{B + A}$. Reperitur nim-
pe centrum gravitatis commune duorum
Corporum si productum ex pondere uno
in distantia singulorum a centro gra-
vitatis dividatur per summam ponderum
A, et B.

Cor: 3.um Dato pondere A distantia Centrorum
AB, centro ~~AB~~ communi C, facile in-
veniturur pondus B. Fiat enim A : x :: AC :
BC, et Ax in BC = ACx; tandem $x = \frac{Ax}{BC}$.
$\frac{BC}{AC}$ Dividendum est igitur productum
ex pondere in distantia a Centro co-
muni per distanctia ponderis noti ab
eodem centro.

Problema Primum

Duorum ponderum datorum a, b, c, d. centrum
gravitatis commune in recta AB inve-
nire.

Resolut: et Demons: Quæratur primo Centrum
duorum ponderum a, et b, et sit F. perinde
erit ac, si a + b suspensa sint ex F.

Sch: 2: quæratur in FE centrum commune ponderum a + b, et c, et sit L. Quæsitum perinde erit, ac si in L appensum sit pondus ponderibus a, b, c, æquale inter L et pondus d, inveniatur centrum M erit M centrum communem gravitatis ponderum abcd.

Problema Secundum.

Datis duobus ponderibus extra centrum gravitatis C suspensis 1a: 2o, determinare qua eorum et quanta propendent.

Resol: et Demonst: 1: Ex qua parte prodit majus pactum multiplicando distantiam in pondus versus ea erit prepondium; 2: productum minus a majori subtrahatur, residuum erit prepondii quantitas.

Sch: Demonstratum est de duobus ostendi facile negotio potest de plurimis ponderibus extra centrum suspensis. Ducantur nimirum 1° quæ sunt a dextris, tum quæ a sinistris esse de centro singula in suas a centro distantias: cuma factorum indigitabit, unde sustratum sit

prepondiu subductio quanta sit.

Problema Tertiu

Cujusvis Corporis Gravitas Centru Mechanice determinare.

Mersol, et Demens: super Fune vel superla=
tere Prismatis Trigoni FLG, cu=
Corpus datu MN agitetur donec primo
juxta Longitudine, tu juxta latitudi=
ne partes omnes sint in equilibrio in=
tersectio rectarcu LM, et NO determi=
nabit punctu C, nempe extremorcu dia=
metri gravitatis.

Sch: 1. Hac Methodo invenit Borellus Cen=
trcu Gravitatis in homine.

Sch 2. Ex dictis facile intelligitur quomo=
dona Corpus possit ascendere contra di=
rectione gravitatis, interu tamen re=
vera descendat. Hec duo nullo nego=
tio inter se componuntur, animadver=
tendo Corpus descendere, quando descen=
dit Centru Gravitatis. Quo statuto, si
contingat ut superemineat respe=
ctu alicujus puncti, volumen autu
Corporis sit interius, respectu ejusde
puncti, integru Corporis Volumen at=

ascendere videbitur, sed gravitatis
Centrum, in quo a Mechanicis collecta
supponitur gravitas reapse descendet.
Experimentum hominibus e trivio in-
finitam afert admirationem, refert Sch.
Sp. Ascendit enim F versus BD, donec
apex U attingent punctum B, dummo-
do semidiametri a, et major sit differen-
tia inter B f et Co, atq: Regulæ DC,
CB non sint inter se parallelæ. Cum
eni collocatur in C recta UZ, adeoq:
altitudo Vertices Z distat a puncto
C ℔ integrum semidiametrum bis. Qua-
re Centrum gravitatis in recta UZ al-
tius erit, quam puncta, quæ tangunt
Regulas. Perspicuum ante ex dictis
est motum corporum existimandum esse
a motu Centri gravitatis. Movebitur
ergo F a v versus BD perpetuo ascende-
do dum Centrum gravitatis reapse dese-
dit, q sic ostenditur. Sit AC fig. 23
Equalis differentiæ, quæ intercedit
BF inter Co. fiat FB = AE. Dum Cylin-
dri pergit ex C in B Centrum gravitatis
peruurrendo rectam F relinqueret Vesti-
gium

gia Horizonti parallela. Si Ergo incidet
AB rea pse descendet, donec U, punc=
ta tangant regula BC, AC quousque
nempe descenderit altitudine Semi=
diametri AE.

Ex prejactis eruitur pretereа modus deter=
minandi qnа plaua Corporа plano
inclinato impositorа Labi debeat, qnа
vero devolvi, Eluiaq: alia subnectunt
Mechanici hanc inre sed vereor ne
hec Tyronа Stomacа nimia graventur.
Alia qui plura desiderant consulant
Wolfiа Elementis Mechanicе Cap: 3
L. 3. Ex actenus dictis de Centro Gra=
vitatis contenti ipsi sumus, quippe
quе via Stevnutus ad Elementа
Statycе.

Caput Quintu

De Lapsu et Lapsu Corporu graviu

Def: 1.ª Linea horizontalis vera, cujus pun=
cta singula a Centro Telluris equaliz=
ter distant, atq: perinde est arcus Cir=
culi.

Def: 2.ª Linea horizontalis fig: 29 apparens
BD est recta, quе vera AC in puncto

a tangit.

Cor: Est igitur semidiametro Telluris in puncto contactus perpendicularis.

Sch: Cū Tellus sit propemodū sphærica, et partes omnes fluidorū quiescentiū eādē a Telluris centro distantiā habeant, alioquin remotiores vi gravitatis ruerent ad loca depressiora, quare sacculū Maris superficies ad veram libellam erunt constitutæ. Experientia docet gravia cadere per lineas perpendiculares ad superficiē Aequaræ; gravia igitur niti versus Telluris centrū inde evinci potest citra assignabilis erroris periculū, quāquam Tellus non sit perfecte sphærica.

Def: 3: Basis Corporis vocatur Figura, in cujus perimetro partes incumbentes terminantur plano, aut fulcra quib: innituntur.

Def: 4: Centrum Motus est punctū, circa quod vel plura gravia communem Gravitatis centrum habentia rotari possunt.

Def: 5: Linea directionis, est Recta a Centro gravitatis alicujus Corporis ducta ad puncta universi, in q: gravia ferentur.

Theorema Unu.

Si Gravia versus Centra Telluris nituntur, Linea directionis eorum ad Linea horizontale est perpendicularis.

Demons: Linea directionis cum semidiametro Telluris in directum jacet. Igitur ad horizontale vera, et apparente perpendicularis est.

Problema Unu.

Data Telluris semidiametro AC, et Longitudine Lineae apparentis CA, determinare distantia puncti D a vera f. 24 horizontali AL.

Resp: et Demons: A quad: CA + AD extrhae Radice, prodibit CD ex 47 Lib: 1. Eucly. a recta CA auferatur CL ducta, remanebit LA quaesita. Sit enim AC 860 milliarorum Germanicorum, AD vero unius milliari, erit AC² 739600, AD² unitatis AC² = 739600, DC = 860 + 93 centimillesimis CL = 860; tandem LA = 93 centimillesimis.

Sch: Ex Tabula quam construxit Riccardus, claret Lineam apparentem AB pro vera assumi posse si 300 pedes non excedat.

Problema Secundum.

Explorare utrum Planum horizontale sit nec ne.

Resol; et Dem: Fiat in aserculis Lineis Triangulum f: 25: hyposcelen ACB. ex Vertice C suspendatur Globus plumbeus CD, et dividatur FG bifariam in E. Libella sic constructa collocetur supra plano dato; si filum CD transit per E horizontalis est. Nam quia Globus Plumbeus sua gravitate filum extendit, recta CD pro Linea directionis haberi potest, secat ex hyp: bifariam FG. Ergo CD est perpendicularis ad FG. Ex constructione AC = CB. Erit igitur AC: CB :: CF: CG; et AB = EG, et AB parallela ad FG, et CD perpendicularis ad AB, nimirum Lineam directionis perpendicularis ad planum. Ergo AB est planum horizontale.

Sch: Plura Libellarum genera excogitata sunt presertim a Recensionibus. Ferme omnes

tamen Lucidant, quia propria experientia
fretus commendat Ricciolius lib: 2: Geogr.

Theorema Secundum.

Si Linea directionis intra basi Corporis cadit, nec Corpus fulcris innixum satis, incurvetur quiescit; secus cadit in ea parte versus qua dabitur Centrum Gravitatis.

Demons: Primus Casus. Centrum Gravitatis descendere nititur per Linea CD, fig: 26 sed juxta eadem directione reagit planum subjectum ex hypothesi satis firmum, ut non cadat. Descensus adeo Centri Gravitatis impeditur; Corpus igitur quiescit.

Casus 2: Centrum nititur per AL fig: 27. sed ex hypothesi incurvari proprio pondere Corpus n potest eo ut a fulcris recedant extrema. Ergo &c.

Cadat nunc Linea directionis CM, fig: 28 extra basim Corporis AL. Centrum Gravitatis C secundum recta CM descendere nititur; Ergo cum nihil eide secundum hujusmodi directione resistat, descendet, et quidem versus M, adeoq: versus eam parte ad qua labitur Centrum Gravitatis.

Cor: Hinc facile apparet, an corpus grave in dato situ extra pericolum lapsus sit constitutum nec ne. Quærantur nempe centra Gravitatis, ab eoq: demittantur perpendiculares in horizonte: si hæc cadat intra basim quiescet, sin minus ruet.

Sch: Ratio etiam inde redditur, cur plura corpora, quæ in ruina ambigere videntur, vt cadant ex ea, qua inclinantur parte, Turres scilicet Bononienses, et Pisanæ; quarum dorsum scandere homines possunt, etsi ita obliquæ constructæ, ut casui proximæ videantur; vt tamen corruant. Licet prima anno 1220 excitata ad altitudinem pedum 130 assurgat, et perpendiculum a basi pedibus 9 recedat. altera an. 1173 extructa altitudinem habeat 138, et pendulum distet pedum 19, quia nempe linea directionis, sive centra Gravitatis in utraque cadit intra basim observante casato

Caput Sextum

Caput Sextum

De Motu Rectilineo Composito.

Definitiones 1.a Motus compositus dicitur ille, qui oritur ex eo, q. plures Causæ impellant Corpus, eode tempore juxta directiones diversas.

2.a Angulus directionis dicitur ille, quem capiunt diversæ directiones duarum virium impellentium.

3. Vires conspirantes vocantur actiones plurium Corporum quæ Corpus aliud juxta eande recta promovere nituntur.

4. Vires oppositæ sunt, quæ versus contrarias e diametro partes Corpus extremolant.

Schol: Si directiones neque conspirent ut in priori casu, neq. sint oppositæ ut in secundo, sed angulum efficiant merito quærunt Mechanici posita celeritate uniformi, quæna sectura sit via, juxta quam progreditur et quam celeritate movebitur Corpus post impulsum sit igitur.

Theorema Primum

Theorema Primum

Si Mobile A duplici urgeatur vi AB, AC, et celeritates sint ut AB et AC mobile motu composito diagonalem AD describet fig. 29.

Demons: Si A moveretur sola vi impressa secundum AB primo momento foret in aliquo ejusdem rectæ AB, puncto, puncta B. Si sola vi AC moveretur eodem primo momento foret puncta in F. sed ut a duabus ex hypothesi viribus urgetur eodem tempore, quæ se se non destruunt et utriq: debet obsequi cum impossibile sit A reperiri eodem tempore in B, et in F, erit in L, ubi ambo concurrunt. Celeritates ex hyp: sunt AB, BL, spatia A, B, et AL eodem tempore percursa sunt ut celeritates p. th: 3. cap: 2: Erit igitur AL: AB: BL, et AL pars Trianguli ABD, et AL pars Diagonalis AD. eodem discursa ostendetur tandem mobile A futurum in D. Q. E. D.

Sch: Si concipiamus rectam AC motu æquabili, et sibi parallelo ferri juxta Linea AB, et

interea punctum a motu æquali ~~p~~ eade ac ascendere adhuc clarius res patebit.

Cor: 2.um Mobile motu composito eode tempore describit Diagonale AD, quo motu simplici describeret alterutrum parallelogrammi latus.

Cor: 2.um Quandoquidem circa quælibet rectam describi potest parallelogrammum, omnis motus rectilineus simplex potest resolvi in compositum et vice versa.

Sch: 2.um Motus compositus, qui designatur ~~p~~ Diagonale pendet ~~n~~ modo a quantitate motus, et virium componentium, sed etiam a quantitate Anguli, quem capiunt directiones. Etenim iisdem manentibus Lateribus AB, AC Diagonalis AD eo major est, quo minor Angulus CAB, minor, quo major ratio est, quia prior in Casu. fig. 30 vires magis accedunt ad conspirationem in secundo ad oppositionem. Sequitur hinc vires singulas AB, AC componere ~~n~~ posse vim majorem vi AD. Demissis enim super Diagon. AD perpendiculariibus ~~AF~~ fig. 31. CE, quemadmodum AB solvitur

in duas AF, FB, et AC in AE, EC. ita
que componentes AB, AC resolvun=
tur in 4 AF, FB, AE, EC; quarum duæ
AF, AE sunt conspirantes, reliquæ
FB, EC oppositæ, quæ cum sint prete=
rea æquales se mutuo destruunt. Qua=
re habenda est tantumodo ratio dua=
rum AF, AE; atqui prorsus æquales sunt
rectæ AD, liquet ergo q erat proposi=
tum. Ex qb. inferunt plurimi contra
Cartesium, motum relapse perire, et
destrui seipsum ac ipse arbitrabatur.

Cor. 3. Quando vires impellentes inequales
sunt, diagonalis inclinat versus majo=
rem.

Schol. 1. Facile ex prægestatis eruitur indi=
gitari posse locum, quo à Hemiqib. din=
genda est Navis prora ut Flumine
trajecto certam Zitonis partem arripiant;
Hemorum enim impetus et acqua prono
alveo fluens habere debent tamquam
duo potentia Navi applicata juxta diver=
sam directionem agentes. Quare Navis mo=
tu composito describet curvam quæ me=
dia jacebit inter punctum ad q initio

motus dirigitur Navis, et punctum quo appu-
lisset Navis. Si prono alveo fuisset dilata. Di-
scimus praetera quam sit plenum periculi
prosilire aereda equis e freno cursu ruen-
tibus secundum directionem fig. 35. A. E. B. D.,
aut e Navi secunda vento, vel flumine
praetervecta; seu saltus CB. Si autem ne-
cessitas cogat non ad rectum vel acutum sed
ad obtusum Angulum dirigendus est saltus
nempe in B. Tunc enim qui prosilit attin-
git punctum O. Tandem usus compositio-
nis et resolutionis motus non parum con-
ducit ad intelligendos effectus corporum
quae obliquem impingunt in alia. Ut
si fig. 36 corpus A vi AB impingat in
HB, directio AB concipi potest in duas
AC, CB resolutas.

Theorema Secundum

In omnem compositio aequabili velocitas
Compositi est ad velocitatem alterutrius
componentis ut Diagonalis ad Latus
alterutrum.

Demonstr. per Cor. 2. Diagonalis et Latus alte-
rutrum sunt spatia eodem tempore confecta
sed in motu aequabili cele[ri]ter composito eodem

tempore fiunt ut spatia.

Sch: Quando vis una solvitur in duas vel ad libitum exprimendus est valor, et directio potentiarum componentium.

Sch: 2: Quod diximus de duab: virib: facile demonstrari potest de plurib: Fig: 32. Sit sex revocentur Ae, Ao, ad AE, Am, An ad unicam AB, et AE, AD ad unicam AB.

Sch: 3. Actenus consideravimus motum compositum ex plurib: virib: que constante habitudine inter se habent, et servant. Videndum nunc superest q. futurum sit ubi una duarum potentiarum, que eode tempe aqua crescit, dualtera decrescit.

Theorema Tertium

Si corpus urgeatur a duab: virib: finitis que tamq; constantes vel sint definiet curvam.

Dem: Fig: 34. Urgeatur Mobile A eode tempore a duab: virib: finitis AM, AL, describet recta AB. supponatur in puncto B mutari vis AL, du eade iugiter perseveravit vis AM. Ide erit ac

si in puncto B nova vis applicaretur Cor:
pori A juxta directionem BC parallelam
ad AB. si igitur Corpus describeret BC
indirectum cum AB, casu quo ambe constantes
fuissent, modo percurreret rectam BD ad
angolum cum AB. Id ipsum dicito de punctis
reliquis. Sed Genesis Lineae curvae fit ut
componatur inf: pars rectis angulis infi:
nite obtusis capientibus &

Cor: Si Corpus describet curva urgetur dual:
viribus.

Sch: Fuerit in hanc rem animadvertere cum
Moleto gravitatem esse potissimam Cau:
sam propter quam Rectilinea muta:
tur Corporis directio. si ante contin:
gat ut quando: insensibilis sit abe:
ratio id ex eo est q potentia quae
urget Mobile eodem tem: longe ma:
jor est gravitate. Nobis e Plumbea
Tormento bellico explosus in metam
70 passus distantes, prima fronte ac
solo pulvere pyrio fuisse impulsus
videtur. Sed si attente Tor: bellici
structura perpendatur contrariae pa:
tebit. Nos rem est, ut figura Parci

machinæ prox: accedat ad conu truncatu; ita ut linea visualis S.C, et directionis Globi se intersecent. Quare qui arbitratur ictu se direxisse in hac reapse direxit in S. fig: 39. Gravitas autem Globi eundem retrahit a puncto S in H; unde fit ut vi motus compositi Globus attingat punctum H.

Caput Septimum

De Motu Gravium per plana inclinata.

Defin: 1.ª Planum inclinatum est quod cum horizontali obliquos capit angulos.

2.ª Gravitas absoluta est illa per quam corpus descendit libere in medio non resistente.

3. Gravitas relativa illa est per quam corpus descendendo parte aliquam impendit ad vincendam resistentiam.

Theorema Primum

Si grave in plano inclinato consistit, gravitas absoluta est ad relativam ut longitudo plani AB ad ejus altitudinem AC. fig: 40.

Designetur gravitas absoluta per DE. A puncto E demittatur EF perpendiculariter ad AB

Vis AE solvetur in duas DF, FE, quarum EF nihil confert ad descensum corpus vitatur per DF. Quare vis absoluta erit ad relativa ut AE ad DF; Hoc est propter Triangula AEF, CAB similia, ut AB ad AC.

Cor: pmu. Igitur potentia Cathaeny Nobu juxta directionem Lparallela (fig: eade) ad AB ipsum retinebit si fuerit ad ejus pondus ut AC: AB. Imminuta Ergo altitudine plani crescet momentum potentiae. Si autem potentia agat secundum ML parallela horizonti fi: 21; Erit ita Q: M:: AC: BC. Etenim si vis absoluta ~~Q~~ exponatur per MD ducta DP perpendicularis resolvetur in duas MP, PD. Sed PD descensui non opponitur. Ita quoque vis absoluta Q ad vim qua impeditur descensus erit ut MP: MB, sive propter Triangulorum similitudinem ut AB: BC. ad habendum equilibrium vis potentiae Q esse debet equalis gravitati relativae Nobilis M. Ita vis absoluta est ad relativa ut AB: AC. Ergo Q: M:: CB: AC.

204 Cor: 2. Hinc Gravitas relativa hujusdem Corporis in planis ejusdem Longitudinis erit ut altitudo planorum. Gravitas ergo absoluta Corporis A est ad respectivam R, ut CD : CE. Gravitas absoluta Corporis B est ad respectivam r ut CD : CF. Et hujus A = B, CD = CD. Ergo R : r :: CE : CF. Major ergo gravitas respectiva quo major sinus Anguli inclinationis minor, quo minor.

Cor: 3. Si autem altitudo sit communis, et Longitudo inaequalis, gravitas respectiva hujusdem Corporis erit in ratione reciproca Longitudinum. Sit Gravitas relativa Corporis B in plano AC = R, eadem in plano AB = r, erit R : r :: AD : AC. Si ergo Gravitas Corporis B dicatur S, erit per propositionem 2.am S : R :: AC : AE, et S : r :: AB : AE. Si Terminis extremis duarum proportionum sint eidem Medii, erunt proportionales. Igitur R : r :: AB : AC.

Theorema secundum

Grave super plano inclinato descendit motu uniformiter accelerato.

Gravitas respectiva est ad absoluta in ratione constanti. Absoluta non mutatur in qualibet a Telluris distantia; In qua licet capere experimenta. Ergo, et relativa eadem erit toto descensus tempore. Eodem semper modo operatur in corpus singulis temporuculis, singula addit velocitatis incrementa. Grave igitur motu uniformiter accelerato ferretur Q.E.D.

Cor. eadem ergo leges sequuntur corpora in descensu recto, et obliquo.

Theorema Tertium

Si Grave descendit p. planum inclinatum Velocitas dato tempore acquisita est ad velocitatem quam eodem tempore acquiveret perpendiculariter descendendo ut altitudo plani ad longitudinem.

Demons: Incrementa velocitatum quæ eodem tempore infinite parvo producuntur fig. 4th. AB, et AC. sunt ut vires a q. mobile urgetur. Vires

sunt ut AC, et AB. Ergo in eadem ratione erunt incrementa: Est autem hæc ratio ubiq: eadem, et constans. Igitur summa hinc inde proportionales.

Schol. Ideo Galileus exploraturus leges gravium descendentium usus est plano inclinato tardior quippe cum sit spatia et tempora facilius notari possunt

Problema

Dato spatio AB in plano inclinato AC percurso determinare spatium eodem tempore percurrendum in alio plano AF.

Resol: fig: 49, et Demons. Ex puncto B erigatur perpendicularis BD; ex D demittatur in AF ppendicularis DE. AD, et AE erunt spatia eodem tempore percursa. Si naq: ex Ang: recto B demittatur ppendicularis BD fig: 48, erit AC: AB:: AB: AD. Quare quo tempore grave A pvenit in B cadendo ppendiculariter, perveniet in D cadendo super plano inclinato. Ergo ex

Theorema Quartum.

Tempus descensus per planum inclinatum ad tempus per planum perpendiculare est ut Longitudo plani ad altitudinem. Per plura autem plana æque alta tempora sunt ut Longitudines planorum. fig. 45

Demons: Tempus per AC æquale est tempori, quo motu uniformi describitur AC dimidia celeritate in C acquisita. Tempus per AB æquale est tempori, quo motu uniformi dimidia celeritate in B acquisita describitur AB per Corol. Theor. 2. celeritates hæ dimidiæ æquales sunt, igitur tempora erunt ut AC et AB per Theor. 2 Cap. 2.

Schol: Nolletus considerando motum in plano inclinato tanquam compositum ex duplici vi juxta diversas directiones Leges actenus demonstratas ab principio resolutionis et compositionis virtute deducitur. Ex ipso met Pro. Sch. facile est colligere qua ratione ostendi possit superiora Theo. juxta memoratum principium.

Caput Octavum

De Gravium descensu per lineas curvas.

Antequam gradum ad alia faciamus ideo considerandum suscipimus motum per curvas circulares tum quia ejus leges captu faciliores sunt; tum quia difficiliorib. viam sternunt, et quasi manuducunt.

Ex his, quæ superius demonstrata sunt perspicuum est velocitates per arcus MB & NB esse ad punctum B. velocitatibus per CB, & DB atqui istæ sunt in ratione subduplicata altitudinum ergo et illæ. Quoniam vero conjunctis chordis BN, BM, earum quadrata respective equal. sunt rectangulis ABC, ABD, erunt quad. chordarum ut rectangula. Rectang. sunt ut bases BC BD; Ergo quad. chordarum ut bases, et chordæ, ut radices basium. Velocitates per arcus sunt ut radices basium, Velocitates igitur basium erunt ut chordæ.

a per Prop: VIII lib: 6: Euc; et sur cor: ite: per 36 lib: 3. Eucly:

Supponendo peripheriam circuli componi infinitis rectis, Mobile descendendo per arcum descendit per plana magis semper ac ma-

magis inclinata quo propius accedet ad
terminum descensus. Quamobrem nisi accelere=
tur motus tardius describerentur plana
inferiora fig: 28. IC, CE, quam superiora
EB, BA. Facta autem comparatione descen=
sus per arcum, et chordam, patet citius describi
arcum, quam chordam utpote qui componi=
tur plurimis planis inclinatis, et citius
arcum, quam tota diametrum horizonti per=
pendicularem. Nam citius descendit per arcum,
quam per suptensam. Suptensa vero, et diame=
ter ex dictis eodem describuntur tempore.
Si autem sermo sit de arcu, quin multum
deflectat a chorda, eodem tempo ad
sensum describentur chorda, arcus, et dia=
meter ex gb: comperum fit per viam bre=
vissimam descendere non debere corpus, ut
brevissimo tempore a data puncto in
eadem recta verticali perveniat. Veloci=
tas porro per arcum, et diametrum erit ut
chorda arcus ad diametrum. Ducta enim
ordinata ML fig: 29. cum celeritates in
M sint equales sive per arcum ML, sive per
LB descendent Mobile, celeritas per ML
ad celeritatem per LB erit ut celeritas LB

ad celeritatem AB. Quæ cum sint in subdupli-
cata ipsarum PB AB ratione; adeoque ut PB:
: MB, cum sit PB: MB :: MP: AB. Celeritas
MB: AB :: chorda ad diametrum.

De Natura et proprietatibus Cycloidis

Definitiones.

Definitio et Genesis Cycloidis. fig: 29.

Esto Circulus ABCD, quem tangat in puncto B linea ABA, super qua moveatur idem circulus non rependo, sed sese circumagendo donec redeat idem punctum A ad rectam AA. Hoc motu punctum A describet lineam curvam quam Cycloidem vocant Geometræ. Recta ABA æqualis circumferentiæ circuli ABCD dicitur Basis. BA excitata perpendiculariter ex puncto medio B vocatur Axis. Circulus ABE axi circumscriptus vocatur circulus generator, et punctum extremum A axis

Definitio secunda.

Curva Brachistocrona, aut Holycrocrona, vel celerrimi descensus dicitur illa, in qua Corpus grave a dato ad datum punctum descendit, ita ut ab eodem terminum

alia via citius descendere nequeat.

Definitio Tertia

Curva Tachautrocrona est ea, in qua corpus grave inequales arcus eodem tempore descendit.

Definitio Quarta

Curva Isocrona est illa, in qua grave sine acceleratione descendit.

Propriet. prima Cycloidis. Si ex quocunq: puncto Cycloidis M ducatur ducatur MN: NP parallella Basi, quæ Semiciculum secet super axe descripto, erit Rujus portio MN inter Cycloide, et Semiciculum intercepta æqualis arcui Semicirculi inter Linea MNP, et Vertice A intercepto.

Demonst: Ponamus Circulum generatorem pervenisse AEBY per ad punctum Basis Q, punctum A erit in M; B in F, et arcus QF æqualis Rectæ QB. Ducatur Diameter QCD per punctum contactus erit RC ab Basi perpendicularis per prop: 26 Lib: 3: Euc: et parallela Diametro BA. Ducta FM manifestum est propter

equales QB, et CB & B prop: 22) lib: 2. Euc: in circulis equalibus equales esse LR, NM. Addita utrique NR equales erunt LR, NM, cui equales QB & prop: 22) lib: 3. Euc: Arcus QF, NM, AN equales sunt tu inter se, tu lineae QB, ideoq: et lineae MN, LR. Ergo &c. Q.E.D.

Proprietas 5da. Si recta MF tangat Cycloidem in M, et occurrat in F rectae NF tangenti circuli in N, NM, NF equales erunt.

Demonst: Intelligatur ad intervallum infinite parvum ducta recta fmn & so paral: ipsi LMN, quae abscindat in Circulo, et Cycloide arcus Mm. Atque rectae utpote infinite parvae erunt in directum cum tangentib: FN, FM, adeoque ducta MK & M parallela tangenti NF, erit Triangulum mKM simile Triangulo MNF, et mK: KM :: MN: NF. Sed an equatur NM & precedens Theorema, an = nm. Igitur arcus An ~~minu~~ — arcus AN = Nn = mn — MN = Km. Atqui MK = Nn propter parallelogramum Nm, MK. Ergo etiam

mL = AN; et NF = NM. Q. E. D.

Proprietas Tertia fig. eade.

Tangens MF parallela est chordæ, quæ ex A ducitur ad N.

Demons: Juncta BM erunt singuli anguli ANF ANL = ang.° ABM per vicesimam nonam, et 32 lib. tertii Euclydis. Adeoque æquales inter se. Igitur FNL = CAN. Atqui FNL = NMF + NFM duplex est unicuique NMF. Ergo ANL, FMN = sunt. Ergo AM, FM. Q. E. D.

Theorema primum. fig: 51.

Si per Cycloidem A inversa Corpora æqualia a punctis M, et N demittantur, vis qua urgetur Mobile in M est ad vim qua urgetur in N, ut Arcus AM ad arcum AN.

Demons: Ductis rectis NZ, ML parallelis inter se et perpendicularib: ad Axem conjunctis chordis AS, AR erunt tangentes ad puncta M, et N ipsis chordis parallelæ, et Arcus AN, AM dupli chordarum, est enim axis ad semicycloidem ut 2:2; adeoque AS:AR :: AN:AM. Vires cum sint inter se ut sinus angulorum JAR, JAS,

quos chorda continet ut horizontali ut con=
stat ex Capite precedenti: sequitur vi
in M ad vim in M esse ut RAT, sive
RBA: SAT, sive SBA. Quoniam autem
sumpta Diametro pro sinu toto, AR est
sinus Anguli RBA, AS est sinus angu=
li SBA; erit vis in M ad vim in N, ut
chorda, ad chordam; adeoq: ut arcus Cyclo=
idis ad arcum. Q.E.D.

Theorema secundum.

Tempora descensuum per arcus inequales Cy=
cloidis MA, et AN sunt equalia. f: ead.

Dem: Vires acceleratrices sunt ut AR, et
AS. Atqui AR, et AS describuntur eo=
dem tempore; ergo etiam MA, et NA. Q.E.D.

Coroll: 1um Cyclois est curva Thautocrona.

Cor: 2: A determinanda itaq: via per quam bre=
vissimo tempore Mobile a puncto ad
punctum datum perveniat, satis erit describe=
re semicycloidem quæ incipiat a supre=
mo et transeat per infimum punctum.

Sch: Plura alia scitu dignissima de Cycloi=
de demonstrant Geometræ, et Philosophi
qui ostendenti ideo abstinemus, quia
nimis fusos verborum apparatus opus est

Quæ ad rem nostram max: faciunt sunt tria, quæ sequuntur. Cycloidem esse lineam celerrimi descensus a puncto ad punctum; Quando tamen duo puncta non sint in eade vertica-li. Hanc affectionem demonstrat Sgravesandius eleganti machina in hunc finem excogitata. 2.° Tempus descensus per quevis arcum Cycloidalem esse ad tempus descensus per Axam ejusdem Cycloidis, ut semicircumferentia Circuli ad diametrum. 3.° Semicycloidem, et ejus quamlibet portionem tunc esse lineam celerrimi descensus quotiens motus initium habet a puncto C, aut si ab alio puncto veluti S mobile ea velocitate præditum esse debet quam acquireret cadendo ab C in S. Semper describenda erit Cyclois alia, quæ incipiat ab S, et transeat per A fig: eade; Atq: hæc satis superque sit de præcipuis Cycloidis affectionibus.

Caput Nonum

De Pendulorum Oscillationes

Def: 1.° Grave filo tenuissimo suspensum, et mobile cum filo circa hujus punctum fixum, q̃ suspensionis dicitur vo-

vocatur pendulu

2.° Pendulu simplex constat unico pondere instar puncti considerato, et linea inflexili gravitatis experte.

3.° Pendulu compositu est, q plurib: ponderib: eade inter se, et a centro distantia servantib:

4.° Oscillatio seu Vibratio penduli dicitur accessus ad perpendiculare ex B, in A, et recessus ex A in D. Semivibratio autē, vel solus accessus, vel solus recessus fig: 52.

Theorema Primū

Pendulū extra ppendiculare adductū libiq: commissū descendit p arcū circuli et ad punctū eque altū adscendit p arcū eqUale sicq: reciprocos continuat ascensus, et descensus.

Demonst: Linea B M directionis Globi cadit extra basi C. Ergo Globus descendet n ppendiculariter, quia a Filo retinetur, sed p arcū Circuli. Ex eqUo enī semper distat a puncto suspensionis in decursu spatii descripti, ubi pe-

pervenit ad punctum A prædictus, estque
acquiritur cadendo per AB per Th. 4 Cap. VII, —
adeoq: ad eamdem altitudinem assurget, et
quidem per arcum, quia retinetur a filo. Bos=
tqua in puncto D evanuerit vis acqui=
sita ex descensu per BA iterum actus a pro=
pria gravitate relabetur in A. Ergo &c.

Sch: Aeris resistentia, et attritus circa centrum sus=
pensionis in causa sunt, ut qvis pendulum bre=
vi tempore amisso motu quiescat.

Cor: Pondus B perinde, et æquali tempore
descendit ex B in A, ac si per curvam BAA
inflectam, et perfecte levigatam libere descen=
deret.

Theorema Secundum

Vibrationes Penduli oscillantes per
inæquales Circuli arcus, quorum di=
midii parum differunt a chordis sunt
physice, et ad sensum æque diuturnæ.

Demons: Ex hypothesi arcus minimi parum
deflectunt a chordis, igitur tempus
chordæ, et arcus physice erit æquale.
Atqui tempora per chordas sunt æque
diuturna per Cap. 3. Ergo etiam tempora
per arcus.

Schol: Joannes Bernoulicus omnium primus
fuit, qui in actis Lipsiæ anni 17 hujusce
seculi falsa traduxit demonstratione
hanc, quæ omnes ante ipsum, Mechanici
usi sunt ad ostendendum Isocronismum ar-
cuum minimorum. Quæquæ enim, inquit ipse,
qui multum non deflectat arcus a chordis,
ideo arcus et chordæ confundunturque non in-
de tamen inferre licet æqualitate tempo-
ris. Primum quippe elementum arcus mi-
nus inclinatum est ad horizonte, quam
mum elementum chordæ. Sed quo minus
inclinatum est planum, citius descendit cor-
pus. Ergo chordæ, et arcus non describuntur
eodem tempore. Ratio autem cur mini-
mi arcus sunt æquidiuturni, est quia
earum de Curvatura confunditur cum ar-
cu Cycloidali, qui describeretur ab extre-
mitate ejusdem arcus circularis. Majra-
nus in monumentis Accademiæ Regiæ
an: 1735 docuit discrimen temporis in-
ter duo pendula æqualia, quorum alte-
rum describat arcum minimum, alterum ar-
cum 3 graduum, fore unius oscillationis pro
intervallum vibrationum 1/13872. Si autem

arcus major sit 3 gradibus, discrimen integre vibrationis futurae post oscillationes 29000.

Theorema Tertia

Tempora Vibrationum p arcus similes sunt ut radices Longitudinum ipsorum pendulorum.

Demons: Sint duo pendula inaequalia CA, CA' quae describent arcus similes FD, FA'. Tempus p FA ad tempus p A'F erit :: √AF : √A'F. Sed exhyp. AF : A'F :: AC : AC. Ergo √AF : √A'F :: √AC : √AC; et tempus ad tempus ut √AC : √AC

Corol: Longitudines igitur pendulorum sunt ut quadr. temporum, qb. describunt arcus similes. Quocirca si dentur duo pendula, quorum alterum vibret tempo 3 pulsationum alterum 4, Longitudines erunt ut q: 26 : data Longitudine cuius, puta 3 palmorum, dabitur et alterius. Si sint q: 26 :: 3 48, et vicissim data Longitudine facile inventu erit tempus vibrationum. Perspicum inde primo est. Pendula Longiora tardius moveri brevioribus. secundo numerum vibrationum

penduli dato tempore esse in inversa ra-
dicem Longitudinis rationem, ideoq: Longi-
tudinem esse inversem ut quadratum numeri
vibrationum: tempus enim vibratio-
nis est inversum ut numerus oscillatio-
num dato tempore; etenim quo major
est numerus vibrationum dato tempore,
tanto minus est tempus unius. Tempo-
ra sunt ut radices Longitudinum; nume-
ri ergo vibrationum inversi, ut ea de ra-
dice. Data itaq: Longitudine duorum pen-
dulorum, et numero vibrationum, quae da-
to tempore describit unum, invenietur nu-
merus oscillationum alterius eodem tempo-
re. Ut si pendulum longum pollicum 20 te-
p: 1 minutis 21 oscillationes peregerat al-
terum Longitudinis pollicum d quod confi-
ciet & fiat 3: 4:: 21: x = 28. Ita dato numero
vo oscillationum et Longitudine unius, al-
terius inveniretur Longitudo.

Schol: Sure Ugenius monet maxima habenda
esse ratione calonis, et frigoris, ubi pro tem-
poris mensura adhibentur pendula. Hoc
est pronum colligere ex proprietate quae ig-
nem, et condensandi, quae frigus praedictum

esse dicemus. Estate nempe lentius pra=
cedet tempus, hyeme incitatu, qua pares,
ob aucta et imminuta pro diversitate
tempestatis penduli Longitudine. Clariss:
Artifex Fradam, ut huic mederet incomo=
do, sphera plumbea, vel lenti solida, qua
plerique utuntur substituit cilindru
Hydrargiro fere plenu. Unde fit, quan=
tu descendit centru gravitatis ex
aucta virga Longitudine tantu as=
scendat ob auctu volumen Mercurii,
alii alia trhadunt methodu.

Diximus minimos arcus arculi, quos des=
cribit pendulu esse æquidiuturnos,
quia eoru de curvatura confundi=
tur cu arcu cycloidali. videndu nun
est qua ratione pendolu descriti pos=
sit arcus cycloidales etia maximos.
Producatur BF in C, ita ut BF = FC
perfectoq: parallelogramo AFC, descri=
batur semicirculus AEm. Hoc posi=
to concipiatur phila fixu in C et
cycloidis CqA applicatu sensi evolvi
tingatur pervenisse ad eu situ ut cu
cycloides conveniat tantumodo per

portionē Cq. Ducatur qp parallela basi fig: 55. et ex puncto m, recta mA. Rectę mA, et qN sunt parallelę et equales p propriętate sertia, sed qA, ideoque RC, dupla mA aut qN sunt ergo equales qN, RN; idcirco si p R ad DF, et p q ducatur parallela RP erunt equales BF, Ap, et consequenter arcus Am = FM, et equales anguli MFA, mAF, p 32, et 33 Lib: 3. Eucl: et FM parallela Am p 33 Lib: 2; et ad RC: igitur FMRN est parallelogramu; et equales sunt FM, RN. Linea mq, aut AN equalis est arcui A, m, aut FM, recta DF est equalis semicirculo FMB. Idcirco NF, aut RM equalis arcui MB, et puncta R nimirum fili extremitas est in Cycloide. Q. E. D.

Cateneus suppo fuimus penduli filum vel hasta valde tenue ipsi suspensum globum unicum exiguum, et materia grave compositum. Videndum nunc est q futurum sit ubi globus ingens fuerit vel plures eide filo appensi sint vel filum notabili pondere sit preditum; quo in casu

pendulum dicitur compositum.

Difficilem est intellectu in eode pendulo duo contineri, nempe CB, et CA, quorum primum utpote brevius celerius oscillabitur, quam alterum A. Agitur ergo de inveniendo puncto, in quo collecta concipi debet vis amborum, quae centrum percussionis dicitur, quia in concursu cum alio corpore maxi ibi est impetus, et centrum oscillationis, quia dato tali puncto puta D, si construeretur pendulum Longitudinis CD, et in D coegerentur momenta Laborum B, et A, esset pendulum simplex hysocronum composito CBA. Hoc itque obtinebitur dividendo distantia BA in rationem reciprocam momentorum, adeo ut sit A multiplicatum in velocitate AC, ad B ductum in velocitate BC, ut CA, ad AD.

Cavendum autem est quam maximem, ne momentorum Centrum confundatur cum Centro Gravitatis.

At modo Pendulum AB concipiatur, fe 3. Palbes in binas equales partes divisus, redibit casus precedens. Inveniantur

contra gravitatis Emisphaerica, sintq: AEB cum ex hypoth: homogenea sint Emisphaeria, eorum momenta erunt ut velocitates BC et AC; dividendo ergo erit distantia AB in inversa velocitatum ratione, ut sit AC: BC :: DB: EB.

Qd ad tertium casum attinet, in quo nempe pendulum est compositum ex sola virga gravitate supponenda est cum Wolfio regula hac inveniendi longitudinem pendeli simplicis hypothesi composito pondus singulum dicatur in quad: distantiae a centro suspensionis; summa productorum dividatur per summam quae prodit ex aggregato momentorum omnium ponderum, quae res exibebit quaesiti penduli longitudinem. quamobrem si quaeratur centrum percussionis tertiae virgae, cui nullum adhaereat pondus, et moveatur in more penduli, dividatur in partes tres aequales, prima divisio initio facta a puncto infimo dabit centrum oscillationis et percussionis, hac et similia, quae intime percipi nequeunt absq: subsidio Analysis et peritiori Geometriae fuse

prosequi superfluum foret. Quare ad alia veniamus.

Caput Decimum

De motu Projectorum, ubi stabiliuntur Principia Ballisticæ

Defin.ns 1.a Semita Projecti est Linea, quam Corpus projectum describit.

2.a Amplitudo semitæ dicitur Recta hearum maxima, quæ semitæ subtendi possint.

3.a Angulus elevationis dicitur ille, quem cum horizonte facit Linea directionis ducta a Corpore projiciendo ad metam.

Theorema Prim. p. 86.

Si Corpus Grave A projiciatur directione horizontali AC in medium resistentem movetur per Curva Parabolica ABFL.

Demons: Dividatur AC in partes æquales AB, BD, CL. Quo tempore fertur per AB motu æquabili descendet actu a gravitate, sit descensus æqualis BE; ferietur ergo Corpus motu composito AB, BE, et describet Diag-

Diagonale AE. Praximo temp moveri debebit motu BL, sive EM = AB. Sed simul ob gravitate descendet MF = 3BE. Erit igitur in Diag. EF. Eade de causa tertio tempore erit in Diagonali FL. Omnes hæ diagonales conficere nequeunt rectam. Quandoquidem motus projectus est æquabilis, motus vero ex gravitate acceleratus. Idcirco si tale in partes infinite parvas fuerit divisa, Diagonales infinitæ parvorum Parallelogramorum curvam component. Rectæ EB, FC, HL exibent spatia vi gravitatis descripta. Rectæ autem AB, AC, AH temp. æq. describuntur. Sed spatia sunt ut q. temporum. Erit ergo BE : FC :: AB² : AC², seu AL : AP :: LE² : PF². Ergo AEFL est Parabola. Tam modo considerandus est motus corporis projecti juxta quamcunq: directionem.

Corol. Si Linea directionis fuerit horizonti parallela linea verticalis erit Axis parabolæ, erit una autem ex illius Diametris si ad horizontem quo quo modo obliquam se se habuerit.

Licet Directiones Gravium ut poste particulares Globo Terraqueo non sint parallelæ inter se, nihilo tamen minus cum merito pro infinite parvo afferri possunt intervalla a Tellure ad quæ pertingimus respectu distantiæ superficiei Telluris a Centro, fit ut citra errorem considerentur tamquam Parallelæ, idem intelligatur dictum de aere, cujus resistentia quando minima est præ gravitate tuto negligi potest. Newtonus et Volvicus Longo calculo determinarunt quæna futura esset projectorum semita quatenus resistentiæ esset habenda ratio. Quod projectorum semita spectat attendendum præterea est, q. si directio fuerit horizontalis semita erit exacte semiparabola si obliqua sursum major, si obliqua deorsum minor. Integra porro describi parabola, cum grave sursum oblique proficitur, sic ostenditur. Obliqua directio AB in duas resolvatur AD, AE, sibi AB maxima altitudo, ad quam grave pervenit. Conamur tribus minutis ascendere ex A in B, et totidem ferri

ex A in C. Ita tamen, ut uno minuto feratur ex A in X, et ex A in b duob: ex A in y, et ex A in d. Tribus tandem ex A in B, et ex A in C. Ut sit EB = aB, sB = xB, et zB = yB, sicuti partes AD, xD, yD, sunt ut AE, bE, dE &c. per Th. 2. Capitis 3. Ita in eadem rationes erunt partes EB, sB, zB. Sed ex const. as et ez, quæ sunt ordinatæ, æquales sunt bE, et dE rectis, quæ representant tempora. Ergo &c. Postquam in B pervenit, nisi adhæsset gravitas ferretur motu æquabili ∥ horizontale BF. Igitur urgente gravitate ejus motus componetur ex BM et Bz, ex BN et Bs; et quidem tali lege ut Mm, Nn, et Cf sint ut 1, 2, et 4; quemadmodum ascendendo AX, XY, YB fuerunt ut 4, 7, 2. Igitur AaeB, BmnC erunt duæ semiparabolæ. Q. E. D.

Cor. Ergo altitudo max. ad quam pervenit projectum est axis parabolæ, quam describit.

Sch. Duæ potissimum sunt ellipsis, ex Theoria de motu projectorum experimentis confirmatur, quarum descriptione Rhadere

supervacaneu foret, quando ex figura insoni=
ptione, bo, et bi, patet prima fronte hearu=
de constructio atq: finis cui inservient.

Pr: Linea directionis tangit parabolam qua
motu suo corpus projectu describit; Imo
eni tempusculo a Linea directionis vi
gravitatis declinat corpus atque pre=
terea Linea directionis semps parallela
est ordinatis.

Col: 1: Si Linea directionis transit p Schopu
corpus infra hunc cadet, eoq: magis
deviabit, quo remotior a Scopo fuerit
locus, unde grave projicitur. Altius
ergo a Schopo dirigendu est corpus.

Sch: Animadvertendu est tamen Regula
hanc locu n habere, ubi velocitas ma=
xima sit, et intervallu minimu ubi
si a Tormento bellico ad 30 passu distan=
tia explederetur Globus, na gravitati
hunc tempus n relinquitur ut exerat
vi sua, qua corpus uno secundo descen=
dit p 15 pedes parisienses. Si autem ter=
mo sit de Tormentis bellicis deviatio a
Schopo sensibilis n est ob causa aliti
allata.

Cor. 1.um Cognito tempore q. Corpus projectu impendit in purrenda semita facile est determinare quanta fuerit deviatio a scopo, spatia enim crescunt ut quadrata temporum.

Cor. 2.um Pari eodem tempore describit semiparabolam, quo ex altitudine ppendiculari, sumpto initio motus a puncto jactus, liberes descenderet. Id confirmarunt Accademici Florentini experimento capto in vertice Turris Castri Veteris Liburni alta cubitos 50, in quo tametsi discrimen aliquod notatum fuerit, tetum repetendum esse ab accidentalibus circumstantiis, merito arbitratur Muschenbruechius, uti ab aeris resistentia, quam diutius pati debet globus obliquus explosus, et a directione non accuratissime horizontali, sed sursum vel tantillum conversa explosi tormenti.

Cor. 3. Major parabolæ altitudo pendet a majori velocitate qua mobile procitur, major enim amplitudo pendet a majori ordinatarum longitudine: ordinatæ parallelæ sunt, et equales

spatij, que describeret corpus motu æquabili Ergo &c.

Problema

Data Parabola L, cujus Diameter AE Parameter AE, invenire altitudine AG, a qua grave descendens acquirat A tanta velocitate ut si cum ea projciatur secundum AE describat Parabola data.

Resol: et Demons: p Th: 4. Cap: 3. Spatium a gravi dato tempore descriptum perpendiculariter cadendo subduplum est ejus celeritate in fine acquisita describeret motu æquabili; sit igitur altitudo quæsita AG, spatium in recta AE eode tempore p. percursum velocitati finali; sit AB = 2AG, ja vero p sola gravitatis vim eode tempore describi debet AF = AG. Completo igitur Parallelogramo, erit FL = 2AF. Est autem ob parabolæ naturam AF : FK :: FK : AE. Sed AE = 2FK sive 2AB et consequenter = 4AG. Igitur altitudo quæsita AG æqualis esse debet unæ quartæ parti Parametri Parabolæ datæ.

Cor: Itaq: Parameter est tertia Proportionalis ad spatium p q grave dato tempore

descendit, et celeritate definienda: spatio, q vi impressa eodem tempore describ.

Cor. Cum spatium confectum tempore 1" sit equale pedib. 15 cum $\frac{1}{12}$ parib. si fiat 15 w $\frac{1}{12}$ ad spatium percursum horizontaliter, ut $\frac{1}{12}$ ide spatium ad x, erit x parameter parabolę

Theorema Secundum

Si maxima altitudo Ea ad Linea directionis AB producatur, tota composita Eb dupla est maximę altitudinis. 63.

